

An legatum factum naturalibus alienius oppidi possit dari iis, qui ibi habitarent decennio, licet aliunde sint oriundi.

Primum dico, quod si non constet de animo non habitandi ibi perpetuo, potest dari. Ratio, quia habitatio decennialis facit aliquem naturalem, vt expresse habetur l. 2. tit. 24. par. 1. 4. & sic Burgos de Paz l. 3. Tau. mon. 372. dicit hunc gaudere privilegio naturalis. Item, quia per talem habitationem acquiritur domicilium habitationis, at nomine originarij etiam in materia stricta intelligitur qui habet domicilium habitationis. Dixi, si non constet de animo non habitandi ibi perpetuo, quia si de hoc constaret, non diceretur naturalis, & sic non posset habere illud legatum. Ratio, quia lex illa constituens naturalem per decennalem habitationem, decernit idem, quod lex 2. C. de incolis lib. 2. vt testatur Gregor. Lopez l. 32. tit. 2. par. 3. vers. dies. Annotat quem locum fe remittit ipse dicta l. 2. vers. per mortuam: ea lex intelligitur quando non constat de animo perpetuo habitandij nam quando constat de momento habitationis, acquiritur domicilium: & quando constat de opposito animo, scilicet non habitandi perpetuo, nullo tempore acquiritur domicilium, & facit expresse pro hac parte Gregor. Lopez dicto vers. dies. Annotat quem locum (vt dixi) se remittit pro explicatione illius legis 2. tit. 24. par. 4. vbi dicit, quod dum lex illa exigit decennalem habitationem, vt quis sit naturalis, intelligitur quando non constaret alijs de animo ibi habitandi perpetuo, & constituendi ibi domicilium: cum enim non esset necessaria habitatio decennialis: ergo signum est illam habitationem decennalem exigat praeiudicium constitutionem domicilij, & animum habitandi perpetuo, vbi non constat de opposito animo: si ergo in hoc casu reputatur a lege naturalis, potest ei dari legatum naturalibus relicto; quia verba testatoris in dubio interpretanda sunt, vt velint conformiter iuri disponere. Sic tenent post factum longum studium quidam Iurisperitus doctus a me consultus.

An si Petrus instituit heredem, vel legavit aliquid Ioanni, sub hac conditione, seu fidei commissio, vt si sine liberis decedat, restituat hereditatem, vel legatum tali monasterio, & Ioannes renunciauit huic iuri ob certam pecunie summam, quam ipsi contulit monasterium, possit hoc facere in praedictum liberorum, qui postea nati sunt, & illos habens obiit.

Hae quaestio pendet ex illa, an liberi in conditione possit, videantur vocati a testatore, seu per fideicommissum substitutionem (vt bene dicit Anton. Gomez l. 1. tom. 1. var. cap. 5. 42.) si cen-

sentur substituti, seu vocati, bona erunt vincularia, & non poterit haeres, vel legatarius grauius restituere in vita, vel morte alienare, fed tenebitur ea praedictis filiis, vel descendentes restituere. Si vero non sunt vocati, potest de suis bonis disponere.

In hac ergo quaestione duplex est sententia. Prima tenet liberos positos in conditione censerferi vocatos, & substitutos. Hanc tenent multi, quos refert Anton. Gomez ibi, & multo plures refert Mantica cum multis fundamentis, lib. 1. 1. de coniectura voluntate testatoris, tit. 2. n. 1. & 2. vbi concludit in fine num. 2. vtramvis sententiam posse defendi, & esse questionem factis dubiam, & n. 19. concludit cum multis Doctoribus, quod si minime coniectura accedat, quod eos voluerit vocare, censetur vocati, cum absque dictis coniecturis res sit in factis dubia. Sed dicit Couarr. cap. Raynuius, §. 3. n. 8. de testam. contrarium huius dicere videtur, ait enim quod si quando a sententia secunda statim ponenda recedendum erit, non temere, sed caute, & attentè ad modum arbitrabitur iudex ex coniecturis mentem testatoris fuisse tales liberos positos in conditione vocare: vbi videtur clare sentire non quaeuamque leuem coniecturam sufficere.

Secunda sententia tenet non censerferi vocatos, seu substitutos, & sic posse institui, si cum liberis decedat, disponere de illis bonis eo modo, quo potest de alijs proprijs bonis. Fundamenta huius sententiae late ponenda Mantica supra a n. 1. & Couarr. Anton. Gomez, P. Molina vbi infra, & ea tanquam probabilius, & communior est tenenda: pro qua refert Mantica ibi innumeros auctores, num. 1. & multos dicentes esse communem, & eam etiam tenent glossae Lucius, a 2. vbi liberos, ff. de hered. instit. Couarr. dicto cap. Raynuius, §. 3. a num. 2. Iulius Clarus lib. 3. receptarum, §. 1. testamentum, q. 77. Molina tomo 1. de inst. tit. 2. disp. 190. fol. 1160. Anton. Gomez 1. var. cap. 5. n. 42. & multi alij, quos ibi referunt.

Sequendo ergo hanc secundam sententiam respondendum est ad casum initio propositum, quod talis haeres, vel legatarius grauius, si sine liberis decesserit, &c. potuit transigere cum monasterio, cui erat restitutus deficiente conditione, in praedictum liberorum, quia liberi non censentur vocati, seu substituti.

Maior autem difficultas est, an si testator dixerit, si decesserit sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, qui tunc censentur vocati, seu substituti tales liberi; hoc enim voluisse videtur testator, cum specificauerit ex legitimo matrimonio, quod tales filij legitimi sint haeredes. Et sic tenet Mantica dicto lib. 1. tit. 3. num. 7. Socinus iunior cons. 110. num. 25. 26. 27. volum. 3. & consil. 145. num. 39. eodem volum. 3. & consil. 103. num. 4. & 19. sine volum. 2. & consil. 44. mon. 28. sine. Et ita iudicatum est Granata a quodam iudice conseruatore contra monasterium, & in fauorem filiorum, quos habuit legatarius, non obstantem, quod monasterium ob certam pecunie summam transigerat cum legatario, antequam filios haberet.

At contrariam sententiam tenent alij, scilicet etiam in eo casu non censerferi vocatos liberos, sed operari illam expressionem, quod pauciores excludant substitutionem: item tollere dubium maximum,

quod est in iure, an conditio, si sine liberis decesserit, impletur, si decedat cum liberis illegitimis. Et sic tenet Sanchez in repetit. §. cum ita, liberos meos, ff. ad S. C. Trebel. 7. p. num. 57. & dicit, quod sunt innumeri consules pro hac parte: at eos non refert. Pro hac etiam parte sunt Anton. Gomez dicto num. 4. 2. Iulius Clarus supra q. 76. vers. veria coniectura, & alij, quos refert Mantica eo tit. 3. num. 1. dicens esse communem; licet ipse cum alijs oppositum tenet, vbi dicit, quod licet filius positus in conditione sit ex descendibus testatoris, non ob id censetur vocatus; vt si in Hispania testator leger suo filio quatuor bonorum ea conditione, vt si sine liberis decesserit, restitua extra: adhuc enim in hoc casu, in quo liberi positi in conditione sunt descendentes testatoris, quos praesumitur valde amare, non censentur vocati, nedum in nostro casu. Sic quidam doctus Iurisperitus medicus defenauit causam dicti monasterij.

De alijs coniecturis, ex quibus praesumatur censerferi vocatos liberos positos in conditione, consule Mantica toto illo tit. 3. Anton. Gomez a n. 42. & infra. Couarr. illo §. 3. Iulium Clarum ea q. 76.

Plura alia de hac conditione, si sine liberis decesserit, an scilicet censetur cum liberis decedere, si ingreditur religionem bonorum capaxem, ita vt excludat substitutionem: & an sit filij illegitimi, & quando ea conditio censetur appolita, scilicet, si sine liberis decesserit, licet non exprimat, & multa alia circa hoc, vide apud Molinam dicto disp. 190. vbi alios refert, & Mantica de coniect. vltim. volum. lib. 1. tit. 4. n. 18. 19. & lib. 11. toto tit. 7.

An legatum pium ad dotandas orphanas consanguineas intra certum tempus, si intra illud tempus non possit impleri, quia nulle reperitur consanguineae nobiles, debeat conuerri in aliud opus pium, vel potius cedat haeredi.

Quidam in suo testamento reliquit hanc clausulam, volo, vt ex meis bonis emantur redditus centum aureorum pro singulis annis ad collocandam in matrimonium orphanam consanguineam: transacti sunt quatuor anni, in quibus nulla inuenta est consanguinea orphana aequa matrimonio; dubitatur vtrum redditus horum quatuor annorum conuertendi sint in aliud opus pium, vel cedant potius haeredibus testatoris.

Supponendum est iuxta receptiorem sententiam hoc legatum non censerferi pium; quod tuncque enim aliquid legatur consanguineis pauperibus, nisi expresse dicatur legari pro anima, vel causa pietatis, non censetur pium: praualere enim praesumitur sanguinis affectionem, cum ea naturalis, quod ex multis Doctoribus probat Tiraquel. de priuil. pie causa in pract. n. 16. 17. licet ipse cogitandum relinquat: & tenet cum multis Menochius de praesump. lib. 4. praesump. 1. 1. §. a n. 6. ad 10.

Secundò supponendum est, quod si testator aliquid legauit certae personae sub conditione, vt nobiles, & non potest impleri, quia illa ante nuptias decessit, attendendum est, an respectu pietatis, vel solo personae illius intuitu id legatarij enim causa

pietatis, conuertendum est legatum in simile opus pium, scilicet alterius pauperis matrimonium; quia iam testator omnino abdicauit a suis haeredibus legatum illud, pio operi destinans illud. Si vero legauit intuitu personae, cum decesserit conditio, legatum sit caducum, & cedat haeredi testatoris, vt late Mantica lib. 8. de coniect. vltim. volum. tit. 5. §. 1. Molina tom. 1. de inst. tract. 2. disp. 249.

Ex his sequitur decisio quaestionis propositae, cum enim non causa pietatis, sed sanguinis intuitu relicto sit hoc legatum, deficiente parentela, non est conuertendum in aliud opus pium, sed cedat haeredibus testatoris: at cum in hoc casu non omnino deficiat parentela, sed tantum ad tempus, legatum annuum illius temporis non cedat haeredi, sed seruandum est consanguineis testatoris dotandis in futurum; quia testator omnino voluit legatum illud consanguineis dotandis dari, sicut quando habuit intuitum ad causam piam, voluit omnino in causam piam expendi: & licet aliquo anno non inueniretur causa pia, esset expendendum sequenti anno in aliqua causa pia; licet enim huic distributioni terminus per testatorem designatus sit, nempe vt quotannis fiat: at is terminus non fuit ad extinguendam obligationem, vt transacto anno cedere deberet haeredi, sed ad designandos redditus vnicuique consanguineae impertandos, & ad sollicitandum haeredem, vel patronum, ne diu legati solutionem protraherent; bene enim testator praeuidit non fore possibile, vt singulis annis essent consanguineae matrimonio collocandae.

- DVB. I. Quot sint differentiae filiorum illegitimorum: & qui dicantur filij naturales, & qui spurij, & qui ex concubitu damnato.
2. An dicantur filij naturales, vel potius spurij, qui nascuntur ex parentibus habentibus impedimentum impediens non tamen dirimens matrimonium.
3. An filij nati ex clerico in minoribus ordinibus constituto, habent tamen beneficium Ecclesiasticum, vel nuntio in Religione approbata censentur naturales, vel spurij.
4. Quales concubitus sint damnati; ita vt filij ex eis geniti dicantur ex damnato concubitu.
5. An nati ex adulterio mulieris coniugata sint ex damnato concubitu.
6. An filius, quem constat esse illegitimum, praesumatur in dubio naturalis, vel spurij.
7. An omnibus filiis tam naturalibus, quam spurij, quam nati ex damnato concubitu hoc sit commune, vt parentes teneantur illos alere.
8. An filij naturales sint haeredes necessarii ex testamento, & ab intestato matris, sine ea filios legitimos habeant, sine non.
9. An in dicto 1. 9. Tauor, & reliquis legibus sermone faciebatur de filijs legitimis, nomine illegitimorum comprehendantur filij legitimi rescripto Principis: & si extantibus dictis legitimis, non succedant matri filij naturales, sicut non succedunt, si extarent filij legitimi: & an idem etiam dicendum sit, quando extant filij adoptiui.

- 10. An filij spurij, qui non sunt ex damnato concubitu, possint succedere matri.
- 11. An filij Clericorum succedant consanguineis ex parte matris.
- 12. An filij ex damnato concubitu succedant matri.
- 13. An mater habens filios legitimos possit relinquere quintum nati ex damnato concubitu, & hoc licet ditissimi sint.
- 14. An filij nati ex damnato concubitu possint succedere consanguineis ex parte matris.
- 15. An quod disponit lex 9. & 10. Taur. ut parentes possint spuris, & filijs naturalibus, & etiam natis ex damnato concubitu quintam bonorum partem relinquere, locum habeat, etsi illa quinta pars maior sit, quam ea, quae uni filio, vel descendenti legitimo contingerit.
- 16. Quo pacto filij naturales succedant patri ex testamento, & ab intestato.
- 17. An si pater habeat filios legitimos, qui absque fraude bonis paternis renunciarunt, possit omnia bona filijs naturalibus relinquere, & qua succedant ab intestato in duobus vincis supradictis, ac si non extarent filij legitimi.
- 18. An filius naturalis succedat avis paternis & maternis.
- 19. An filij spurij capaces sint recipiendi aliquid à patre via testamenti, vel donationis, vel ab intestato ultra alimenta; nam de alimentis certum est posse ea capere.
- 20. An spurius incapax recipiendi aliquid à patre, si capax recipiendi per fideicommissum, v. g. si pater fidei amici committat, ut det spurio, an videlicet talis spurius ea bona possit ab amico recipere.
- 21. An supposito heredem, qui fidem dedit de restituenda hereditate spurio (quod probabile esse dixi supra) teneri eam restituere, cui teneatur restituere.
- 22. An lata sententia per iudicem, ut restituatur hac bona, qua pater heredi reliquit sub fideicommissis, ut daret spurio, sint restituenda fisco Ecclesiastico, vel seculari.
- 23. An haeres, qui tacitam praestitit fidem de restituendis bonis spurio, vocatus à iudice, & rogatus an praestiterit fidem teneatur respondere, vel possit citra mendacium occultare veritatem.
- 24. An spurius possit per substitutionem vulgarem, vel fideicommissariam, vel pupillarem aliquid ex paternis bonis capere.
- 25. An spurius pupillari iter substitutus possit succedere in bonis, qua pupillo à patre pronoverunt.
- 26. An si pater praecipit in testamento bona sua distribuere inter pauperes, vel coniuictos, possit executor testamentarius eligere filium spurium testatoris pauperem, ac illi conferre aliquid ex illis bonis paternis ultra alimenta.
- 27. An executor testamentarius, cui commissum est aliqua bona inter pauperes distribuere, possit ex eis aliqua conferre filio suo spurio pauperi.
- 28. An possit pater filium spurium heredem instituere sub conditione si à Principe fuerit legitimatus, & quem effectum habeat talis institutio.
- 29. An spurius institutus à patre sub conditione, si à Principe legitime, possit interim pendente conditione bona paterna, in quibus est institutus, petere, & ea non ut dominus, sed ut curator administrare.
- 30. An ex consensu filiorum legitimorum possit pater aliquid ultra alimenta relinquere filijs spuris.

- 31. An pater possit relinquere quintum spuris ad alimenta, quando spurij aliunde habent alimenta, vel artificum norunt, ex quo sine decore possunt viliam querere.
- 32. An quando spurius pauper est non habens aliunde alimenta, possit ei pater integram relinquere quintum, si aliud excedat alimentorum necessitatem, habita consideratione personae, & qualitate spurij.
- 33. An si quintum non sufficiat ad alimenta, possit pater filio spurio plus, quam quintum relinquere.
- 34. An alimenta sint danda spuris secundum naturam necessitatem, vel secundum status decentiam.
- 35. An haec alimenta filijs spuris relicta pertineant ad eorum heredes, vel tantum spurij in vita sint usufructuarij, & istis mortuis redeant ad patrem, & eorum heredes.
- 36. An possit pater relinquere spurio, vel cuiuscunque alij filio illegitimo alimenta solum ad tempus vite talis spurij, & cauere ut post spurij obitum redeant ad patrem, & eius heredes.
- 37. An si quintum sit necessarium ad alimenta, attendita qualitate spurij, & pater relinquat aliqua legata pia ex eo adimplenda, quia scilicet habeat filios legitimos, si memendum dicitur quintum ob ea legata.
- 38. An possit pater aliquid dare in vita, vel in morte filio spurio ultra alimenta propter filij merita.
- 39. An si pater excedat metas in assignanda dote filie spuriae, quia scilicet assignavit illi plusquam quintum, quod sufficiebat ad alimenta, possit peti ille excessus à viro constante matrimonio.
- 40. An titulo oneroso, aut lucrativo possit spurius aliquid à patre recipere.
- 41. An saltem spurij clericorum, seu Religiosorum, vel monialium filij possint contractu oneroso, ut per emptiorem, aliquid à patre recipere.
- 42. An clericus, vel quicumque alius habens filiam spuriam, possit maritum spuriam instituere, vel ei donare: & similiter si habeat filium spurium, possit uxorem spuriam instituere, vel ei donare.
- 43. Qualiter parentei possint succedere filijs illegitimis, siue naturalibus, siue spuris.
- 44. An spurij possint succedere consanguineis patris ex testamento, vel ab eis donatione recipere.
- 45. An filij spurij possint heredes institui ab avo, & ab eo donationem recipere.
- 46. An nepos ex filio incestuoso, id est, habito ex consanguinea, vel affini possit institui ab avo.
- 47. An spurius possit prescribere relicta, vel donata sibi à patre.

DVBIVM I.

Quot sint differentiae filiorum illegitimorum, & qui dicantur filij naturales, & qui spurij, & qui ex concubitu damnato.

**N**OTA, quod licet antiquitus plures essent illegitimorum differentiae, de quibus glossi. Auth. quibus mod. nat. effice. sui. §. in verbo participium, iuncta glossa cap. nisi cum pridem, de reuinc. vers. maneres, & Doctores in pluribus locis, & l. i. tit. i. §. part. 4. seculabant enim filij illegitimi in naturales tantum, & in spurios, nothos, maneres, nefarios, adulteros, &c. At hodie duo sunt genera filiorum

- 1. filiorum illegitimorum: alij enim sunt naturales, alij spurij, & quicumque naturales non sunt, dicuntur spurij. Spurij autem alij sunt ex damnato concubitu, alij vero spurij tantum, id est, non ex damnato concubitu: de quibus omnibus seorsum agendum est; quia circa eorum successiones varia sunt in iure statuta.
- 2. Secundo nota, quod filius naturalis dicitur is, cuius parentes matrimonio coniungi poterant iuste sine dispensatione tempore conceptionis, vel natiuitatis, dummodo pater recognoscat eum ac filium, etlo non haberet matrem domi, nec sit vnica sola concubina. Et licet pater filium non recognoscat, fat est si probetur filio: omnes enim antiquae probationis filiationis species admittuntur: de quibus videndi sunt Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 3. per totum, Duenas regula 342. Rojas de success. ab intestato, cap. 1. o. a. n. 4. Matienzo l. 9. tit. 8. lib. 5. recopilat. gloss. 3. per totum. Sic Auedano l. 1. t. Taur. glossa 3. num. 1. Sic habetur expressè dicta l. 11. Taur. quae hodie est l. 9. tit. 8. lib. 5. noua recopil. licet iure ciuili antiquo plures aliae exigentur conditiones; at secundum ius canonicum idem requirebatur, & sufficiebat, vt filij essent naturales: quod l. 1. t. Taur. statutum est, vt docet Tello plures referens dicta l. 11. Taur. num. 1. Spurij autem dicuntur, qui naturales non sunt, vt quia pater, & mater contrahere non poterant tempore conceptionis absque dispensatione, vt qui nati sunt ex consanguineis, vel ex monacho, vel promoti ad ordinem sacrum, &c. Nati ex damnato concubitu dicuntur secundum ius commune, qui nascuntur ex concubitu, qui foro externo puniebatur: at secundum ius huius regni dicuntur, qui nascuntur ex concubitu, propter quem matri coeuntis est poena mortis in lege statuta. Sic habetur l. 9. Taur. quae hodie est l. 8. tit. 8. lib. 5. noua recopil. 3. Hinc inferetur, quod si quis habuit concubinam extra domum, ad quam publicè, & notoriè dicitur habuisse accessum, ex qua nati sunt filij, quod si pater non recognoscat eos in filios, non debent iudicari eius filij, quoad successiorem, & alimenta, nec quoad alia, quia tales filij non sunt naturales. Si vero tempore recognouit eos in filios, tunc tenentur eius filij. Si vero aliquando recognouit, at postea mutato proposito negauit eos esse filios, in omnibus haberi debent pro filijs. Sic Anton. Gomez l. 11. Taur. num. 1.
- 4. Tandem nota, quando concubina esset vnica, & domi retenta, non esset opus ad hoc vt filij dicerentur naturales, vt per patrem recognoscerent, pater ex cap. per tuas, de probat. & docet plures referens Ant. Gomez num. 2. Auedano in dictionario verbo huius, cum hac tamen limitatione, quando concubina esset publicè domi retenta. De filiis autem conceptis ex coniugibus mutuo castitatis voto adstrictis, iam iam professis, an sint legitimi, dixi latè lib. 9. de matrim. tota a diff. 38.

DVBIVM II.

An dicantur filij naturales, vel potius spurij, qui nascuntur ex parentibus habentibus impedimentum impediens, non tamen dirimens matrimonium.

**V**ideatur, quod sint spurij, quia l. 1. t. Taur. quae hodie est l. 9. tit. 8. lib. 5. noua recopilat. dicta Sanchez. Confil. moral. Tom. 11.

cit filios naturales esse qui nascuntur ex parentibus, qui iuste absque dispensatione poterant contrahere matrimonium, sed habentes impedimentum impediens, scilicet votum simplex castitatis, vel Religionis, vel quoddam aliud impediens, non tamen dirimens matrimonium, non possunt iuste absque dispensatione copulari matrimonio; ergo filij ex his nati non dicuntur naturales, sed spurij. Sit conclusio. Filij nati ex parentibus habentibus impedimentum impediens, & non dirimens matrimonium, vt votum simplex castitatis, &c. non sunt spurij, sed naturales. Ratio, quia dum dicta l. 1. t. Taur. dicit, quod possint iuste absque dispensatione contrahere, intelligit iusti, id est, valide. Quod colligitur ex cap. porro, de divor. in fine, vbi dicitur officij Episcopi esse illa matrimonium dissoluere, quae illicitè contracta noscuntur: vbi aperte intelligitur, illicitè, id est, inualidè, alias non esset matrimonium, si validum esset, licet cum peccato contractu, dissolucendum. Colligitur etiam ex l. 5. tit. 19. part. 4. vbi enumerans lex filios naturales, & distinguens eos contra spurios, inquit, *esso mismo es de los que nacen, &c. no auendo entre ellos embargo de parentesco, o de orden, o de Religión, o de castamento.* Ecce quo pacto lex ponat ea filios naturales, qui nascuntur ex iis, inter quos non est impedimentum dirimens: ea enim omnia, quae lex numerat, sunt impedimenta redimenda matrimonium. Hanc conclusionem docet Lara super legem, si quis à liberis, §. de liber. agnos. c. 1. n. 93.

DVBIVM III.

An filij nati ex clerico in minoribus ordinibus constituto, habent tamen beneficium Ecclesiasticum, vel ex nouitio in religione approbata, censentur naturales, vel spurij.

**C**irca natos ex Clerico in minoribus ordinibus constituto habente beneficium est duplex sententia. Prima docet esse spurios, & sic non legitimi per subsequens matrimonium (soli enim filij naturales per subsequens matrimonium legitimantur, cap. tanta, qui fil. sint legit. cum quis, c. de natu. liber. l. 1. tit. 1. §. part. 4.) Probatur, quia habens beneficium Ecclesiasticum solutus non est, licet solui possit, & antequam dimittat statum, non potest contrahere matrimonium. Hanc tenet Bart. l. in concubinato, num. 5. ff. de concubitu. Panorm. cap. per venerabilem, num. 3. qui fil. sint legit. Anchar. cap. tanta, eodem tit. Ludouicus de Sardis tractat. de legit. 2. p. §. de legitimatone per subsequens matrimonium, q. 3. num. 17. Anton. Rosellus tract. de legit. lib. 1. num. 3. Xarez l. 1. tit. 6. lib. 3. legum for. colon. penult. Palacios Rubios l. 9. Taur. num. 39. & l. 11. n. 15. & cap. per vesteras, de donat. notab. §. 2. l. n. 21. Cifuentes l. 9. Taur. num. 6. Sarmiento lib. 1. selecti. interpret. cap. 5. num. 7. & alij Doctores per hos citati. Idem Menchaca de success. creat. §. 10. num. 498. §. 29.

Nota idem dicere Bart. & Sarmiento de filiis natis ex nouitio: & probant eadem ratione. Immo idem dicit Sarmiento de filiis illius, qui cum altera sponsalia contraxerat, & probat eadem ratione.

Secunda sententia docet natos ex Clerico in minoribus constituto beneficium Ecclesiasticum

habentibus non cenferi spurios, sed naturales; ac proinde legitimari per subsequens matrimonium. Probatur, hi nati iure ex parentibus, qui contrahere poterant matrimonium validum, licet per hoc amitterent beneficium: ergo sunt filij naturales. Ita docent Matheslanus, Nicolaus VValdens. Buto, Præpositus, Cardin. quos refert, ac sequitur Padilla locum accuratissimi. 36. C. de fidei commisso. Tello l. 9. *Taur. a. mun. 35. usque ad finem*, Gregor. Lopez part. 4. tit. 21. l. 1. *versus de la madre*, l. 1. tit. 1. part. 4. Perez lib. 1. ordin. tit. 3. l. 22. fol. 168. Matienzo lib. 8. ordin. tit. 8. l. 7. gloss. 1. 2. mon. 2. Lara l. si quis a liberis, ff. de liber. agnosc. principio, num. 89. Plaza Epitome de delictis, lib. 1. cap. 41. num. 3; Duenas regala 390. num. 7. Auendaño de execución, mand. Regam, lib. 2. cap. 26. num. 10. Syluest. verbo legitimus, q. 8. refertque Ioanem Andream, & alios, Couar. 4. decret. 2. r. cap. 8. §. 2. num. 4. §. 5. §. 5. num. 17. Rojas Epitome success. cap. 2. r. num. 21. Gutier. lib. 2. pract. quest. 7. 104. Menchaca lib. 3. controu. usu frequ. cap. 41. num. 2. Anton. Cucus lib. 5. instit. tit. 1. de sacramento matrimonij, num. 132. Sic

4 Prima conclusio: Hec secunda sententia multo probabilior est, patet ex eius ratione, & autoribus.

5 Secunda conclusio: Multo etiam probabilior est filium genitum ex moniali, vel monacho, intra annum probationis esse naturalem; quia tales possunt contrahere matrimonium. Hec est contra Sarmiento, & eam tenet Couar. dicto §. 2. n. 5. Palacios Rubios l. 9. *Taur. mun. 41. Præpositus cap. 1. ans. 4. qui sibi sibi legit*. Immo filij commendatorum, qui uolunt solam castitatem coniugalem, & sic ex licentia Regis possunt nubere, sunt naturales: & sic licet l. 9. *Taur. dicebatur, Hijos de frayles, o freyres*; quia tunc non dispensaret Papa, vt hi possent nubere; ac in noua recopilat. l. 7. tit. 8. lib. 5. vbi ponitur l. 9. *Taur. sublatum est illud verbum frayles*, Sic Gutier. lib. 2. pract. q. 111. Manuel l. 1. tomo summa in 2. editione, cap. 32. num. 1.

6 Vltima conclusio. Multo etiam probabilior est esse filium naturalem, qui genitus est ex eo, qui cum altera sponsalia contraxerat: patet ex dictis hoc, & dubio præcedenti; quia hic potest contrahere validum matrimonium cum illa, licet peccet.

DVBIVM IV.

*Quales concubitus sint damnati, et ut filij eius geniti dicantur ex damnato concubitu.*

1 Vponendum est concubitum damnatum secundum ius huius regni Hispanie esse eum, propter quem mari coeunti est pena mortis lege statuta, vt habeatur l. 9. *Taur. que hodie est lex 7. tit. 8. lib. 5. noua recopil.*

2 Sic conclusio. Aliqui sunt casus, in quibus mater propter concubitum meretur secundum leges penam mortis, & sic filij ex illo nati sunt ex damnato concubitu.

3 Primus casus est, quando mulier proprio seruo se iniunxit. Patet l. 1. C. de mulier. que proprio seru. se iniunxit. Sic Gregor. Lopez l. 1. tit. 1. part. 6. *versus casus ex damnato*. Tello dicens esse certum l. 9. *Taur. mun. 4*. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 11. num. 5. Rojas Epitome success. cap. 2. §. num. 38.

Secundus casus est, quando filius nascitur ex adulterio, & incestu simul: tunc mater propter commissionem criminum incurrit penam mortis, l. 1. *adulterium cum incestu, ff. de adul.* vbi gloss. & Bart. Tello vbi supra num. 5. Rojas mun. 33. Gregor. Lopez vbi supra, l. 1. *facit. l. 8. part. 7*. Matienzo dicto n. 5. Ant. Gabr. l. 1. *inno commun. lib. 9. fol. 12*.

Tertius casus est, quando filius nascitur ex concubitu incestuoso; quia scilicet mater copulam habuit cum consanguineo, vel affini intra quartum gradum. Probatur ex l. 1. tit. 1. 3. part. 6. Gabi. fueras ende, & c. l. 3. tit. 1. 8. part. 7. que mulieris posuit eandem penam, que vito est propter adulterium imposita, que est pena mortis, l. 1. §. 5. tit. 17. part. 7. Sic tenet Tello vbi supra num. 6. Rojas num. 37.

Sed hic tertius casus non est certus; immo probabilior est per incertum non incurtere matrem penam mortis; quia li aliqæ leges eam penam imponant, non sunt praxi receptæ: & sic consuetudine sunt abrogatæ. Sic tenet Matienzo vbi supra num. 1. & 2. Auendaño responsa 7. mun. 2. fine, & num. 3. Antonius Gomez l. 80. *Taur. mun. 1. §. 1. 9. num. 14*. Pro eadem est Anton. Gabr. tomo 1. *comm. lib. 1. fol. 512. §. 13*. cum aliis quos refert, vbi dicens penam incestus esse penam mortis, limitat si incestus committatur cum alia specie fornicationis, scilicet cum adulterio, vel stupro. Vnde (vt dicitur Anton. Gomez dicta l. 80. num. 15. & Auendaño vbi supra) hodie pena incestus est arbitraria.

Nota tamen in quodam casu tenere veram sententiam Tello, scilicet propter incertum incurtere matrem penam mortis, videlicet quando est incestus inter ascendentes, & descendentes; quia hic est incestus nefarius; & hunc casum dicit Gregor. Lopez vbi supra esse absque controuersia verum.

Quartus casus est, quando filius nascitur ex coitu habito inter Christianam, & Iudæam, vel Maurum. Patet l. 9. tit. 24. part. 7. & l. fin. tit. 25. part. 7. Sic Greg. Lopez *super his leges*, Tello vbi supra n. 7. Matienzo vbi supra n. 5.

Quintus casus est, quando filius nascitur ex simplici fornicatione, quando fuit facta per virginulum cum filia, vel consanguinea, vel puerulo, quam herus habebat domi. Probatur ex l. 6. tit. 20. lib. 8. *noua recopilat.* vbi præcipitur, vt hæc tradatur hero, vt ipsam, si velit, occidat. Sic Tello n. 8. Matienzo n. 5.

Sed nota idem dubium esse de hoc casu, quod de adulterio est, de quo in sequenti dubio; quia vtrobique non determinatur lege pena mortis, sed datur facultas hero, vel viro, vt possit occidere: & hunc casum reprobatur Rojas dicto cap. 26. n. 35.

DVBIVM V.

*An nati ex adulterio mulieris contagate sint ex damnato concubitu.*

Quod enim nati ex adulterio solutæ cum coniugato non sint ex damnato concubitu, res est manifestissima; quia eo casu mater non incurrit penam mortis, Sic Cisuentes, Anton. Gomez, Matienzo vbi infra, Couar. 4. decret. 2. r. cap. 8. §. 5. n. 18. & alij, quos refert Anton. Gomez, Rojas Epitome success. cap. 26. num. 75.

At verò de natis ex adulterio mulieris coniugata est graue dubium: & sic est duplex sententia.

1 Prima docet hos non esse ex damnato concubitu. Probatur, quia aliud est legem permittere viro, vt occidat adulteram, aliud statuire mortis penam adultera: at leges non statuant mortis penam adultera, sed tradunt marito, & permittunt, vt occidat, si velit, vt patet ex l. 1. tit. 7. lib. 4. *legum fori*, l. 1. tit. 2. lib. 8. *noua recopilat.* & confirmatur ex doctrina Baldi l. data operat. n. 94. C. qui accus. non poss. vbi dicit, quod licet non puniatur occidens diffidatum, non dicitur diffidatus damnatus morte; quia tantum est data copia ipsum occidendi. Vnde infert Baldus, quod pena adulterij non est mors, sed permittitur viro comprehensos in adulterio occidere. Idem glossa, & Paulus de Castro l. accusatoris, C. quod mortis causa, vbi dicit, quod licet adulterum possit vir occidere, non tamen iure præcipiente, sed permitteute fit. In hanc sententiam latius eam probans (nam a fol. 293. usque ad 297. eam disputat) magis propendit Perez lib. 8. ordin. tit. 1. §. 1. 2. fol. 297. & dicit eam sequutum in quodam consilio, & in scriptis tradidisse Salmanticæ, dum Cathedram moderaretur.

2 Secunda sententia docet hos filios esse ex damnato concubitu. Probatur, adultera potest propter adulterium interficere a viro, aut legum dispositione; ergo adultera incurrit penam mortis, alias non posset pena mortis plecti. Item quia lex de adultera post iudicis sententiam occidenda, non est tantum permissiua, sic enim non excularetur a peccato vir occidens, sed est dispositiua, vt adultera occidatur, si tamen vir voluerit: & sic vir non peccat occidendo uxorem post iudicis sententiam, quia id facit autoritate legis, & iudicis, vt minister iustitiæ, voluntarius tamen, vt bene docet Metina C. de restitu. q. 3. & plures alij. Item quia iure communi adulterinus concubitus erit damnatus, & sic filij ex eo geniti non succedebant matri: & iure communi dicebatur concubitus damnatus, qui erat per leges punibilis: & in hoc conueniunt omnes, vt docent optimè Suarez, & plures alij, quos refert dicens esse certissimum Tello l. 9. *Taur. & de iure Partitatum docet idem Gregor. Lopez l. 11. vers. natus, tit. 1. 3. part. 6*. tunc sic vt diceretur adulterinus concubitus iure communi, fat erat, quod posset puniri acculante marito (soli enim marito permititur ius commune accusationem delicti adulterij, l. quammis, l. 2. C. de adul. l. 2. tit. 17. part. 7.) ergo vt dicatur iure regio Hispanie damnatus ad mortem, fat est, vt acculante, & volente viro possit pena mortis plecti. Hanc tenet latius probans Tello Fernandez l. 9. *Taur. a. mun. 9. usque ad 14*. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. gloss. 11. num. 7. 8. 9. Villalpandus l. 2. §. 44. num. 10. tit. 1. part. 7. fol. 114. Cisuentes l. 9. *Taur. mun. 2*. Rojas vbi supra num. 29. Plaza de delictis, cap. 41. num. 36. Gutier. lib. 2. quest. pract. q. 105. Menchaca de success. creat. §. 10. num. 493. & dicit Menchaca num. 506. & Gutier. ibi, hoc esse verum, licet postea adulteri nubant; quia proles adulterina non legitimitur per subsequens matrimonium. Anton. Gomez l. 9. *Taur. mun. 14*. in hanc, licet dubium maneat, & cogitandum relinquat, magis propendit Gregor. Lopez l. 11. *vers. natus, tit. 1. 3. part. 6*. (vt testatur Perez vbi supra fol. 296.) immò ipse Perez ibi fateatur hanc videri veriorum,

licet postea fol. 297. magis in priorem sententiam inclinet.

Sic conclusio. Prior sententia probabilior est, habet enim auctores, & optimas rationes, & Doctores oppositum opinantes non vt certam, sed vt veriorum sequantur oppositam sententiam; at posterior sententia est probabilior: habet enim plures auctores, & posteriores rationes.

DVBIVM VI.

*An filius, quem constat esse illegitimum, presumatur in dubio naturalis, vel spurius.*

Aliqui absolute docent præsumi naturalem; quia non præsumit ius factum, aut qualitatem necessariam, vt dicatur quis spurius, quæ a natura non inest. Sic Couar. 4. decret. 2. r. cap. 8. §. 3. num. 1. Baldus consil. 448. volum. 1. num. 4. Aimon consil. 166. num. 1. & consil. 138. num. 1. Alij verò oppositum docent, quos refert Tello l. 11. *Taur. mun. 3*. Sed loquuntur de iure communi, quo attempto erat necessarium concubinam domi retineri, vt esset naturalis, & cum sit factum, non præsumitur.

Sed breuiter statuam aliquas conclusiones.

1 Prima conclusio. Quando quis est reus, quia scilicet possidet illud, quod possidere non poterat, si esset spurius, vt g. hæreditatem paternam, præsumitur in dubio naturalis filius, & sic capax hæreditatis; & qui voluerit ab eo auferre, tenetur probare esse spurium. Et in hoc casu habet verum sententia Baldi, Couar. & Aimonis; & potest probari, quia in hoc dubio potius ius habet hic, qui est in possessione. Sic præter Doctores citatos docet ibi Tello num. 6.

2 Nota hanc conclusionem esse veram non tantum quando non sunt alij hæredes necessarii, vt ascendentes, ad quos pertinebat hæreditas, si hic filius non esset naturalis, sed etiam si hæredes sint, si filius sit a patre institutus, & est in possessione bohorum; sufficit ei sola possessio hære, vt præsumatur naturalis, donec actor probet esse spurium. Sic cum Baldo, & Aimone docet Tello num. 9. 10.

3 Secundò nota intelligendam conclusionem, nisi quando ius restitit illi possessioni; tunc enim non præsumitur pro illa qualitate, cum habeat ius commune contra se; vt siue sit actor, siue reus, qui præterdit nobilitatem, tenetur probare qualitatem legitimatiõis, vel naturalitatis; quia ius restitit possessioni, cum solum concedat nobilitatem habentibus titulum a Principe concessum. Sic Tello num. 8. alios refertens.

4 Secunda conclusio. Quando filius est actor, & alius possidens, in cuius damnum intendit se esse naturalem, non præsumitur id nisi probetur; si verò non est alius possidens, in cuius damnum id intendat, præsumitur esse illius qualitatis, quam asserit, nisi de opposita sit diffamatus. Sic alios refertens Tello num. 5. & 7.

## DVIVM VII.

An omnibus filijs tam naturalibus, quam spurjis, quam natis ex damnato concubitu hoc sit commune, ut parentes reneantur eos alere.

- 1 Sit conclusio. Certissima res est parentes teneri his omnibus alimenta præstare, si aliunde non habeant, unde se alant. Ratio, quia ius natura præcipit alimenta præstari filiis à parentibus: quod ius fortius est quocumque ciuili.
- 2 Quota verò quantitas ratione alimentorum præstanda sit, latè infra dicitur.

## DVIVM VIII.

An filij naturales sint hæredes necessarij ex testamento, & ab intestato matris siue ea filios legitimos habeat, siue non.

- 1 Sit prima conclusio. Si mater careat filiis, & descendentes legitimis, filij naturales sunt hæredes necessarij ex testamento, & ab intestato, licet habeat parentes, & quoslibet alios ascendentes legitimis. Sic habetur expressè l. 9. Taur. quæ hodie est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopil.
- 2 Hinc inferitur, quòd si hoc casu, quo mater careat filiis, & descendentes legitimis, non inliquit filios, & descendentes naturales in testamento, tanquam hæredes, possunt rumpere, & subvertere testamentum matris, tanquam si essent legitimi, licet talis mater habeat ascendentes legitimis. Patet, quia eo casu sunt hæredes legitimi, ex dict. l. 9. Taur. Sic Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 4. num. 6. Anton. Gomez l. 9. Taur. num. 12.
- 3 Secunda conclusio. Si mater habeat filios, aut descendentes legitimis, non possunt filij, aut descendentes naturales esse eius hæredes ex testamento, vel ab intestato; potest tamen illis mater in vita, vel mortis tempore relinquere quantum bonorum partem. Sic habetur dict. l. 9. Taur. & dict. l. 7. noua recopil.
- 4 Hinc inferitur correctam esse hodie l. si qua illustris, C. ad Orfic. & l. 11. tit. 13. part. 6. quæ disponebant filium naturalem succedere matri ab intestato simul cum legitimis. Sed hoc correctum est per l. 9. Taur. quæ oppositum disponit. Sic docet Couar. dict. §. 4. num. 15. Gregor. Lopez dict. l. 11. vers. con los.
- 5 Secundò inferitur, si mater, quæ filios, aut descendentes legitimis habet, non relinquat quantum bonorum filijs naturalibus, non possit filios naturales contrabulare, & rumpere testamentum. Ratio, quia l. 9. Taur. non imponit necessitatem relinquendi quantum, sed solum permittit posse eis quantum relinquere. Sic Gomez Arias l. 7. Taur. num. 80.
- 6 An verò si nulla relinquat alimenta, possit filius naturalis ea petere: certum est posse etiam ab hæredibus parentum, si talis filius naturalis aliunde alimenta non habet.
- 7 Tertio inferitur, posse matrem his filijs naturalibus relinquere quantum, etiamsi hi filij alios ditissimam sine, & etiamsi mater habeat filios legitimos. Ratio, quia dict. l. 9. Taur. vniuersaliter permittit posse his filijs legari quantum à matre, sicut posset mater tale quantum legare extraneo. Sic

Tello dict. l. 9. n. 34. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. gloss. 10. num. 2. Gutierrez lib. 2. pract. q. 110.

## DVIVM IX.

An in dicta l. 9. Taur. & reliquis legibus sermone facientibus de filijs legitimis, nomine legitimorum comprehendantur filij legitimitati rescripto Principis, & sic extantibus dictis legitimis, non succedant matri filij naturales, sicut non succederent, si extarent filij legitimi; & an idem etiam dicendum sit, quando extant filij adoptiui.

Hæc dubium latè agitat Tello à num. 14. vsque ad 22. l. 9. Taur. & refert plures pro vtraque parte Doctores: sed breuiter cum ipso litarum aliquas conclusiones, Sit

Prima conclusio. Quoties legitimatio non est verè legitimatio, sed potius dispensatio, vt si filius spurcius rescripto Principis legitimitur, tunc talis legitimatus non comprehenditur nomine legitimi: & sic extantibus talibus filijs legitimis, succedent filij naturales matri. Ratio, quia cum hic non sit verè legitimatus, non est, cur nomine legitimi comprehendatur. Sic Tello plures referens, & dicens esse certissimum apud omnes d. l. 9. n. 21.

Nota ad intelligentiam conclusionis ex Tello l. 12. Taur. num. 24. vbi alios plures refert: quoties filius naturalis legitimatur respectu personæ, est vera legitimatio: & sic dicitur verè legitimus, & conlequitur omnes effectus præter in legitimatione modificatos, quos conlequitur natus ex vero matrimonio: & hoc est verum, licet successio, ad quam legitimatur, sit modificata. Quoties verò spurcius legitimitur, etli successio non sit limitata, nec in persona demus diminutionem legitimationis, erit dispensatio, & non vera legitimatio: & hoc dicit esse commune omnium placitum.

Secunda conclusio. Quando ex intentione legis, vel dispositione hominis colligitur, quòd intellexerit de verè legitimo, & non legitimo nomine legitimi non comprehenditur legitimatus. Patet, quia omnes leges respiciunt substantiam ex earum intentione, l. si res, ff. de legib. intentio autem dicitur constare iuxta communem loquentium vsum, secundum quem lex, & dispositio interpretanda sunt, l. librorum, §. quòd tamen Cassius, ff. de legat. 3. Sic Tello ibi num. 22. in l. 9. Taur. diciturque esse omnium.

Tertia conclusio. Extra hos casus, quando lex loquitur de filijs legitimis, comprehendit etiam filios verè legitimatos rescripto Principis: vnde si talis mater habeat filios verè legitimatos, non succedent ei filij naturales, iuxta l. 9. Taur. Pobatur, nam lex legitimatorem facit, & in lege legitimatus verè dicitur legitimus. Sic tenet latius probauit, & plures referens Tello l. 9. Taur. n. 22. sine Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 4. num. 9. & §. 8. num. 3. Gregor. Lopez l. 8. tit. 13. vers. dos partes, part. 6.

Hinc inferitur attendenda esse verba legitimatorem ad pensandum, an sit dispensatio, vel legitimatio, nam si dispensatio fuerit, omnes fatentur sic legitimatum non claudii sub nomine legitimi. Sic Tello dict. l. 9. num. 22. Quando verò dicitur dispensatio, & quando vera legitimatio, latissimè Couar. dict. §. 8. à num. 1. per plures.

Vltima

7 Vltima conclusio. Nomine filiorum legitimorum includuntur etiam adoptiui: vnde si mater habeat filios adoptiuos, non succedent ei filij naturales. Sic alios referens Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 4. mon. 9. Gregor. Lopez ubi supra, Tello l. 10. Taur. num. 24.

## DVIVM X.

An filij spurij, qui non sunt ex damnato concubitu, possint succedere matri.

Nota certissimum esse omnes filios spurcios esse legitimis, ac necessarios hæredes matris, deficientibus filiis, & descendentes legitimis, licet mater habeat ascendentes legitimis, demptis iis, qui ex damnato sunt concubitu, & demptis filiis clericorum ordine insignitorum, & monachorum, ac monialium profellarum: est enim lex expressa de hoc l. 9. Taur. quæ est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopil. vbi autem mater haberet filios, aut descendentes legitimis, posset dictis spurcijs quantum bonorum partem relinquere, sicut supra de filiis naturalibus dictum est: idem enim omnino de filiis naturalibus, & spurcijs, demptis dictis, quoad maternam successioem dispositum est dicta l. 9. & dicta l. 7.

Secundò nota huic spurcio, qui non est filius Clerici, vel monachi, vel monialis, nec ex damnato concubitu (de his enim infra est habendus sermo) posse matrem, licet habeat filios legitimis, relinquere quantum, licet talis spurcius ditissimus sit, quia leges citatæ absolute permittunt matri dare his spurcijs quantum tempore mortis, vel dum viuunt. Sic Tello dicta l. 9. Taur. num. 34. & constabit amplius ex infra dicendis.

De spurcijs tamen Clericorum ordinis sacri, vel monachorum, vel monialium profellarum filiis, est graue dubium, an possint succedere matri carenti filiis legitimis.

Duplex est sententia.

Prima docet posse succedere matri, ac esse eius hæredem legitimum ex testamento, & ab intestato. Probatur, quia l. 9. Taur. quæ est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopil. dicitur omnem spurcium, demptis filiis ex damnato concubitu, esse hæredem legitimum matris carentis legitimis descendentes: id filij Clericorum, vel monachorum, &c. non sunt ex damnato concubitu; ergo succedunt matri. Quòd si dicitur d. l. 9. Taur. ad finem excipi filios Clericorum, &c. dum dicitur, saluo si fueren hijos de Clerigos, &c. Respondetur ibi tantum præcipi, vt seruetur lex Domini Regis Ioannis facta in ciuitate Soria, quæ hodie est l. 6. tit. 8. lib. 5. noua recopil. quæ lex nil disponit de successione materna, sed reddit hos filios incapaces succedendi in bonis paternis: & licet dicta l. de Soria initio loquatur de bonis maternis: sic enim dicit, Por no dar ocasion a que las mugeres sean barraganas de los Clerigos, si los hijos heredassen sus bienes, y de sus padres; ac hoc est in proemio legis; ceterum in dispositione legis, vbi dicit, Ordenamos, &c. tantum loquitur de bonis paternis. Est confirmatur, quia cum correctio legum sit odiosa, inducenda non est absque textu expresso: l. 3. tit. 2. part. 4. sine, expressè dicitur, filios Clericorum posse succedere in bonis maternis, & non est lex recentior, quæ expressè oppositum disponat; ergo. Hanc sententiam præter ali-

quos qui stando in iure communi eam amplecti sunt (quos non refero, quia de iure Regni est difficultas: si enim esset ius commune hos reddens successioem maternam incapaces, esset derogatum per d. l. Partida) tenent Montalbus lib. 3. for. tit. 5. l. 10. §. en adulterio el 1. Gregor. Lopez l. 3. tit. 2. part. 4. vers. los de la madre, Perez lib. 8. ordinam. tit. 15. l. 2. fol. 298. Auendaño l. 9. Taur. gloss. 10. num. 5. 6. & 7.

Hanc sententiam limitat Gregor. Lopez ibi dupliciter. Primò nisi filius clerici sit habitus ex matre coniugata, vel consanguinea clerici, quia tunc non posset succedere matri, quia hic concubitus est damnatus. Eandem limitationem adhibent Perez, & Montalbus, & Auendaño dicta glossa 10. mon. 5. 6. & 7. Secundò limitat Gregor. Lopez & Auendaño, nisi mater sit publica concubina clerici tempore, quo habuit filium ex ea. Ratio, quia hic concubitus est punibilis, & prohibitus per legem regni in publica concubina clerici. l. 1. & 2. tit. 19. lib. 8. noua recopilat. & licet mater non plectatur mortis pœna, sufficit, vt alia pœna puniatur.

Secunda sententia docet, filios Clericorum ordinis sacri, & profellarum, vel profellarum non posse succedere matri. Probatur, nam dicta l. 9. Taur. loquens de successione materna, vbi dixerat spurcios succedere matri, subdit in fine, saluo si fueren hijos de Clerigos, o frailes, o monjas profellas, que en tal caso queremos, que se guarde la ley del Rey Don Iuan hecha en Soria; tunc sic exceptio debet esse de regula, & de contentis in ea, alias esset vana, vt docet Dynus rubr. de regul. iuris in 6. num. 14. Bart. & Bald. in his, ff. de legib. Bart. Decius, & communis l. 1. ff. de regul. iuris, Euerardus loci legalibus, loco 3. Couar. lib. 2. var. cap. 5. num. 4. 5. vt esset absurdum dicere, omnes homines currunt præter equum: ergo illa exceptio, saluo si fueren hijos de Clerigos; debet intelligi de contentis in illa l. quæ tantum loquebatur de successione matris, & sic vult lex, quòd dispositum in l. de Soria, circa dispositionem paternam, scilicet vt filij Clericorum non succedant patri ex testamento, nec ab intestato, nec ab ipso possint via donationis aliquid recipere, seruetur quoad matrem, vt scilicet non possint admitti ad successioem, vel legatum, vel donationem maternam. Hanc sententiam docent Gregor. Lopez sibi contrarius l. 11. tit. 13. part. 6. vers. natus, sub finem. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 17. Mieres de maior. 2. p. q. 2. num. 16. Tello l. 9. Taur. mon. 34. Anton. Gomez l. 9. Taur. num. 15. Gomez Arias l. 7. Taur. mon. 65. Cifuentes l. 9. Taur. num. 5. Plaza Epitome delictorum lib. 1. cap. 41. num. 35. Rojas Epitome success. cap. 27. à num. 4. Auendaño 2. p. cap. 26. Prætorum, num. 18. Menchaca de success. creat. §. 10. num. 497. Gutier. lib. 2. pract. q. 102. Spino speculo testam. gloss. 16. tit. de spurcijs, num. 18. 19. 89. 90. Azabedo lib. 5. recopilat. l. 1. G. num. 1. & l. 7. num. 22. 23. Matienzo lib. 5. ordin. tit. 8. l. 6. gloss. 4. num. 7. 8. Suarez l. 1. tit. todo home, qui est tit. 6. lib. 3. legion furi, num. 29. 30. & licet ibi non alleget ad hoc legem Regni, at in fine illius legis dicit per l. 9. Taur. clare decidi, quòd filij Clericorum non succedunt matri. Idem tenet Palacios Rubios l. 9. Taur. num. 37. 38. & l. 16. num. 12. Perez lib. 1. ordin. tit. 1. l. 22. fol. 101. pag. 2. & lib. 5. tit. 2. l. 1. fol. 69 idem Corduba summa, q. 123.

7 Sit conclusio. Hæc posterior sententia est multo probabilior: habet enim potiores rationes, & plures auctores pro se.

8 An verò possit mater talibus filiis Clericorum alias diuinitibus relinquere quintum, disputabitur infra, ubi disputatum fuerit, an possit id pater, iuxta l. de Soria; idem enim sentendum est de matre, & de patre, iuxta dicta in hoc dubio.

DVBIVM XI

An filij Clericorum succedant consanguineis ex parte matris.

**D**Vplex est sententia.

1 Prima docet non succedere. Probatur, quia sunt ex radice infecta, & inhabili ad ipsi aliquid relinquendum: ergo consanguineis ex hac radice, & linea materna non possunt succedere. Et confirmatur, quia maior est ratio de successione matris, cuius filius est certus, quam de successione aui materni, & aliorum consanguineorum, ubi minor, & incertior est coniunctio. Secundò probatur, quia (vt dixi dubio præced.) l. 9. Taur. ampliat dispositionem legis de Soria, ita, vt dispositum in illa respectu successione paternæ, sit etiam dispositum quoad successione maternam: sed in illa disponebatur, vt non possent succedere patri, nec consanguineis patris; ergo similiter non poterunt succedere consanguineis maternis. Hanc tenent Matheflanus, Ioannes Baptista, quos refert, & sequitur Tello l. 9. Taur. n. 2. 3. 24. Anton. Gomez l. 9. Taur. num. 5. Gomez Arias l. 7. Taur. num. 65. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 6. glossa 4. num. 7. & 8.

2 Secunda sententia docet filios Clericorū, id est, ordine sacro insignitorum, vel professorum, vel professorum, qui sunt incapaces ad successione matris, iuxta dicta dubio præcedenti, posse succedere consanguineis ex parte matris. Probatur primò, iure communi, & Partitarum hi filij succedebant matri, ac eius consanguineis, vt probat dub. præced. Sed l. 9. Taur. tantum ampliat dispositionem legis de Soria respectu matris, à qua filium Clerici excludit, non verò excludit à successione consanguineorum ex parte matris; tantum enim illa l. Taur. habetur sermo de successione matris, & ita, vt infra dicam, nati ex damnato concubitu, qui illa l. Taur. excluduntur à successione materna, possunt succedere consanguineis ex parte matris; cum ergo sit lex correctoria, debet limitari ad casum, in quo loquitur, scilicet ad matrem, & non extendi ad alios consanguineos ex parte matris, l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, C. de appell. Item quia quando radix successione est inhabilis ad relinquendum, sunt etiam rami, scilicet alij consanguinei materni, ubi non agitur de lege correctoria, quia scilicet non est alia lex permissens talem successione, vt est hic. Hanc tenent Socinus, & plures alij, quos refert, & sequitur Gregor. Lopez l. 1. v. natus, in 1. 3. part. 6. ubi licet fateatur hos filios non succedere matri, concludit tamen filios Clerici succedere consanguineis ex parte matris, & e contra eis succedere tales consanguineos. Idem Gutier. lib. 2. præf. q. 103. Spino Speculo testam. glossa 16. tit. de filijs spurij, num. 19. & 20. Pro eadem sententia Doctores, quos retuli dub. præcedenti; asserentes hos filios succedere matri, nequum consanguineis ex parte matris.

Sit conclusio. Licet prior sententia sit satis probabilis, at hæc posterior videtur mihi probabilior, quia fortiores habet rationem pro se.

DVBIVM XII

An filij ex damnato concubitu succedant matri.

**S**it conclusio. Res est certissima filios ex damnato concubitu non succedere ex testamento, nec ab intestato matri, sic enim habetur expressè l. 9. Taur. quæ est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recop.

Ex dictis in hoc dubio, & præcedentibus colligitur omnes filios, siue naturales, siue spurios, demptis natis ex damnato concubitu, & natis ex Clerico ordinis sacri, vel professo, vel professa, esse legitimis ac necessariis hæredes matris ex testamento: & ab intestato, ubi mater caret filiis, & descendibus legitimis, vt expressè definitur dicta l. 9. & 7.

Hinc inferitur primò non rectè sensisse Antonium Gomez ad l. 9. Taur. num. 10. vbi dicit filium illegitimum matris illustri non succedere matri etiam carenti filiis legitimis. Sed decipitur, nam l. 9. Taur. solum excipit natos ex clericis, vel professis, & ex damnato coitu; & sic cum iste non sit ex his, succedet matri. Sic Tello l. 9. Taur. n. 2. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 6. num. 2. idem vocans sententiam Antonij Gomez falsissimam tenet Gutier. lib. 2. quest. præf. q. 208. n. 1.

Secundò inferitur minus benè sensisse Sotam lib. 4. de inst. c. 5. ar. 1. ad 4. & Ledelma 2. 4. q. 1. 8. ar. 1. dub. 16. ad 3. ubi dicit filium natum ex stupro non succedere matri ex testamento, nec ab intestato; quia hic est coitus damnatus: sed iuxta l. 9. Taur. hoc non est verum, quia mater non incurrit mortis poenam propter stuprum, & sic talis filius ei succedet. Sic Anton. Gomez l. 9. Taur. num. 14. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 18.

DVBIVM XIII

An mater habens filios legitimis possit relinquere quintum natis ex damnato concubitu, & hoc licet diuisim sine.

**P**alacios Rubios l. 9. Taur. num. 48. & infra dicit matrem habentem filium legitimum non posse relinquere filio nato ex damnato concubitu quintum bonorum. Ratio, quia illa l. 9. Taur. licet in principio disponat, quando mater habet filium legitimum; at postea, quando agit de damnato concubitu, solum agit casu, quo mater caret prole legitima. Sit

1 Prima conclusio. Mater quantumcumque habeat filium legitimum, potest filio ex damnato concubitu nato relinquere quintum bonorum. Probatur, quia lex absolute loquitur, & ratio, quam lex 9. assignat, æquè procedit in hoc casu, scilicet quod de hoc quinto potest disponere inter extraneos. Item quia huic filio debentur alimenta. Sic docet Tello l. 9. Taur. num. 33. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 6. n. 6. in fine. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 4. num. 6. & l. 8. glossa 1. num. 5. Gutierrez lib. 2. præf. quest. 106. Rojas de success. cap. 16. n. 36.

2 Secunda conclusio. Licet natus ex damnato coitu habeat aliunde alimenta, & sit diuisimus, adhuc

adhuc potest ei mater relinquere quintum bonorum. Ratio, quia l. 9. Taur. quæ est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopilar. vniuersaliter, & absolute hoc permittit, & eius ratio id probat, scilicet quod de hoc quinto potest disponere inter extraneos. Sic Tello ibi num. 34. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 10. num. 2. idem colligitur aperte ex Palacios Rubios cap. per usuras, de donat. nobis. 3. §. 24. num. 10. ubi dicit posse indistinctè matrem relinquere his filiis natis ex coitu damnato quintum bonorum, licet excedat modum alimentorum; quia l. 9. Taur. indistinctè loquitur. Pro eadem sententia faciunt Doctores, qui id concedunt in filio Clerici respectu patris, quos infra dubio speciali de hac re agitando referam.

DVBIVM XIV

An filij nati ex damnato concubitu possint succedere consanguineis ex parte matris.

**D**Vplex est sententia.

1 Prima negat, & mouetur prima ratione quam posui supra dub. 1. ad probandum filios clericorum non posse succedere consanguineis ex parte matris. Sic Tello l. 9. Taur. n. 2. 3. 24. Anton. Gomez eadem l. 9. Taur. n. 51. & alij antiquiores per hoc relati.

2 Secunda sententia docet posse succedere. Ratio, quia iure communi talis successio erat permilla, nec corrigitur hoc ius per l. 9. Taur. solum enim l. 9. Taur. excludit hos filios à successione materna, & cum sit odiosa, non est amplianda ad successione consanguineorum ex parte matris. Sic Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 6. glossa 4. num. 9. Socinus, & alij, quos refert & videtur sequi Gregor. Lopez l. 1. tit. 1. 3. part. 6. vers. natus, & hæc sententia videtur mihi probabilior.

DVBIVM XV

An quod disponit lex 9. & 10. Taur. vt parentes possint spuris, & filiis naturalibus, & etiam natis ex damnato concubitu quintam bonorum partem relinquere, locum habeat, & in illa quinta pars maior sit, quam ea, quæ uni filio, vel descendenti legitimo conuenit.

1 **E**xemplum esse potest. Petrus habet quinque filios legitimis, & quandam illegitimum, si illegitimo quintum bonorum relinquat, maiorem partem obtinebit, quam aliqui ex legitimis, dubitatur an id possit fieri.

2 Duplex est sententia.

1 Prima docet non posse relinqui integrum quintum filio illegitimo, quando est maior pars, quam ea, quæ contingit vni filio ex legitimis, vnde pater habens vltra quatuor filios legitimis, potest præstare illegitimo non integrum quintum, sed quartum legitimum, cui minus est relictum. Probatur, quia leges conueniunt magis fauere illegitimo, illumque melioris conditionis, quam legitimum efficere. Hanc tenet dicens esse indubitatum Tello l. 9. Taur. num. 27. 28. 29. & l. 1. c. 5. Molina l. 2. de primogen. cap. 1. §. 31. Pro eadem sententia sunt plures Do-

ctores asserentes, quod licet l. 2. C. de natural. liber. vi, permittatur patri habenti filios legitimis relinquere illegitimo vnciam, idest, duodecimam bonorum partem, intelligitur, modò filij legitimi non sint duodecim; tunc enim non potest integrum vnciam naturali relinquere, quia meliorem partem sortiretur, quam aliqui ex filiis legitimis. Sic Alber. Auct. licet, C. de natural. liber. Bald. resp. per mas, num. 2. de maior. & obed. Gregor. Lopez l. 8. tit. 1. 3. part. 6. vers. la vna, Suarez l. 1. tit. 6. qui incipit, todo homi, lib. 3. for. num. 12. & aperte colligitur ex l. communium, §. ultimo, C. de natural. liber. Sic enim dicitur ibi, Eo modo licet patribus naturales filios sibi legitimis successores efficere, vt non eis licet per donationem, vel ultimam voluntatem amplius naturali filio dare, vel relinquere, quam vni filio legitimo dederint, vel reliquerint, cui minima portio data, vel relicta sit. Pro eadem sententia sunt alij dicentes non posse patrem plus relinquere filio legitimo, quam legitimo, licet legitimatus sit per Principis recriptum. Sic Angel. Carolus Molinæus, Socinus, Talon, quos refert Tello ubi supra. Idem Acofta l. Gallus, §. quid si tantum, num. 137. ff. de liber. & posthum.

Notandum est, Tello ibidem l. 9. num. 28. idem affirmare de extraneis, scilicet legem permittentem parentibus habentibus filios relinquere quintum extraneis, intelligendam, modò non sit maior pars, quam ea, quæ alicui ex filiis contingit. In idem etiam inclinatur num. 30. licet tandem cogitandum id relinquat.

2 Secunda sententia docet posse liberè parentes quintum relinquere filio illegitimo, vel quibuscumque extraneis, licet sit maior pars, quam ea, quæ filiis legitimis contingit. Probatur, quia l. 9. Taur. quæ est l. 7. tit. 8. lib. 5. noua recopilar. & l. 1. 2. tit. 6. eadem lib. 5. quæ permittunt parentibus liberè relinquere quintum extraneis, vel illegitimis, absolute loquuntur, nec apponunt limitationem, quam apponit lex, communium, §. ult. C. de natural. liber. Item, quia iure communi minor etat legitima filiorum, at leges regia auerunt cum vsque ad quatuor partes, quinta relicta parentibus, vt de ea possint ad libitum disponere: ergo non est æquum propter multitudinem filiorum hanc partem potestatem coarctare; & legitimam filiorum maiorem facere. Item quia iure nature solum tenetur pater filijs alimenta præstare, & si hæc præstet, potest de bonis, quæ superant, disponere: at leges regia patris hanc potestatem naturalem coarctarunt, vt non facisaceret, si filiis alimenta præstaret, sed obligarunt, vt omnia bona sua filiis relinqueret, dempto quinto: ergo si parentes satisfaciunt iuri naturali, cum filiis alimenta superant, & legibus regis solum disponendo de quinto, nulli iniuri sunt, licet maior sit pars, de qua disponunt, scilicet quintum bonorum, quam ea, quæ alicui ex filiis legitimis contingit. Vltimò, quia praxi sic receptum est, indifferenter enim parentes de quinto ad libitum disponunt, siue plures, quam quinque, siue pauciores filios habeant. Nec obstat, quòd leges noluerunt præferre extraneos, vel filios illegitimis legitimis; quia id verum est: at accidens ob filiorum multitudinem euenit, vt extraneo, vel illegitima melior pars contingat, quam filio legitimo. Hanc sententiam reprobandam priorem tenet Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 4. num. 5. & l. 9. glossa 1. num. 6. Gutier. lib. 2.

lib. 2. *quest. pract. q. 107.* Fauct Suarez l. *quoniam in prioribus*, C. de *inoffic. testam. limit. 1. 2. ad l. fori. num. 3.* vbi relata disputata concludit in rigore iuris vetus esse, quod eo casu, quo legitimatus per scripturam Principis potest succedere cum legitimis, possit meliorari, & in potiori parte, quam verè legitimus, succedere. Quod etiam tuetur Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 68.* Fauct etiam Mar. de Fano relatus ab Alberico *vbi supra*, vbi docet posse illegitimum succedere in vnicia, licet pater habeat duodecim filios legitimos, & sic melior pars ei contingat, quam filio legitimo.

5 **Sic conclusio.** Hæc secunda sententia probabilior est, modò filius legitimus congrua superflua alimenta: quando enim alimenta congrua eis non superessent, reclamaret ius naturæ, quod ante omnia dicitur filios legitimos alendos esse.

## DVBIUM XVI.

*Quo pacto filij naturales succedant patri ex testamento, & ab intestato.*

3 **Si prima conclusio.** Licet de iure antiquo communi filij naturales nullo modo succedebant patri ab intestato, vt patet ex l. *humanitas*, C. de *natural. liberis*, & de iure communi recentiori succedant ab intestato in duabus vnciis, id est, in duabus partibus ex duodecim omnium bonorum, deficientibus filijs legitimis, & vxore legitima ipsius patris, vt patet. *Auth. licet, vbi ab intestato*, C. de *natur. liber.* At hodie secundum ius nostri Regni succedunt filij naturales patri ab intestato in his duabus vnciis, deficientibus filijs legitimis, licet adit vxor legitima. Patet l. 9. *tit. 1. 3. part. 6.* & ibi docet Gregor. Lopez, & Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 4.* Couar. 4. *decret. 2. p. cap. 8. §. 4. num. 9.*

2 **Nota conclusionem esse intelligendam,** modò non sint aliqui ex ascendentibus legitimis patris. Sic Anton. Gomez ibi dicens esse omnium.

3 **Secunda conclusio:** Pater carens filijs, & deficientibus legitimis, potest legare, & dare omnia bona sua filio naturali, licet habeat pater ascendentes. Ita habetur expressè l. 10. *Taur.* quæ est l. 8. *tit. 8. lib. 5. nouæ recopil.* & docent omnes.

4 **Tertia conclusio.** Si pater testamentum constituat, & nullam hereditatis partem filijs naturalibus relinquat, non possunt contrauenire, aut rumpere testamentum paternum. Ratio, quia non sunt hæredes necessarii, sed voluntarii, vt constat ex verbis illis l. 10. *Taur. Pueda les el padre dexar, &c.* Sic plures, quos referunt, & sequuntur Ant. Gomez l. 9. *Taur. n. 11.* Gomez Arias l. 7. *n. 81.* Couar. 4. *decret. 2. p. cap. 8. §. 4. n. 15.* Gregor. Lopez *part. 1. tit. 1. §. 1. 8. vbi supra.* Parez lib. 1. *ordinam. tit. 3. l. 2.* Molina lib. 2. *de primog. cap. 1. n. 8.*

## DVBIUM XVII.

*An si pater habeat filios legitimos, qui absque fraude bonis paternis renunciaris, possit omnia bona filijs naturalibus relinquere, ique succedant ab intestato in duabus vnciis supra dictis, ac si non extarent filij legitimi.*

3 **Ratio dubitandi est,** quia (vt dixi *dub. præcedenti*) succedunt filij naturales ab intestato, & pater potest eis relinquere omnia bona, quando

filij legitimis caret: sed filij legitimi, qui hæreditati paternæ renunciarunt, adiacent legitimi: ergo.

Duplex est sententia. Prima docet, siuè possit patrem in hoc casu omnia bona relinquere filio naturali, nec eum succedere ab intestato. Ratio, quia deficit conditio requisita, nempe, vt pater filijs legitimis caret: hi enim verè sunt filij legitimi. Hanc tenent Baldus, & Socinus, quos refert, & in eorum sententiam magis inclinat, licet dubius maneat, Tello l. 10. *Tauri, num. 20.*

3 **Secunda sententia docet,** posse tunc patrem omnia bona filio naturali relinquere, ac si non extaret filij legitimi. Ratio, quia paria sunt filios non extare, & extare, & non posse succedere, vt patet ex l. 1. *§. qui habebit*, de *honor. possess.* & ex Bart. ibi. Hanc tenent Romanus & Ialon, quos refert, & sequitur Matienzo lib. 5. *ordinam. tit. 8. l. 9. gloss. 1. n. 8.* Couar. 4. *decret. 2. p. cap. 8. §. 4. n. 11.* Gullelmus Benedictus cap. *Raynuius, de testam. verb. & vxorem nomine Adelastrum, decis. 3. n. 1. 118.* & hæc sententia est probabilior: & videbis aliquas limitationes, quas ponit Tello.

## DVBIUM XVIII.

*An filius naturalis succedat auis paternis, & maternis.*

3 **Si prima conclusio.** Nepon naturalis, vel ex filio naturali conceptus, succedit auo paterno ab intestato in duabus vnciis, modò non extant descendentes legitimi, & in eo casu, quo supra dixi *dub. 16.* succedere ab intestato in his duabus vnciis filium naturalem patri. Ratio, quia idem ius, quod habet ad succedendum patri, habet ad succedendum auis paternis, cum in eo, in quo poterat succedere patri, repræsentet personam patris ad succedendum auo. Sic plures quos refert, & sequitur Couar. 4. *decret. 2. p. cap. 8. §. 4. n. 10.* contra Benedictum per eum citatum.

2 **Secunda conclusio.** Nepon naturalis, vel ex filio naturali conceptus potest institui hæres ab auo paterno in omnibus bonis, deficientibus descendentes legitimis, licet adint legitimi ascendentes. Ratio, nam (vt supra dixi) ex l. 10. *Taur.* potest pater eo casu relinquere omnia bona filio naturali: ergo à fortiori nepoti. Probatur consequentia ex l. *finalis*, C. de *natural. liberis*; & quia in patre magis consideratur vitium, & ratio impeditiva. Sic Ant. Gomez l. 9. *Taur. n. 7.* Matienzo lib. 5. *ordinam. tit. 8. l. 9. glossa 1. n. 9.*

3 **Ultima conclusio.** Filius naturalis eo modo succedit auis maternis, quo supra diximus succedere patri. Probatur ex dictis in prima, & secunda conclusione. Sic Parez lib. 5. *ordinam. tit. 2. l. 1. fol. 98. pag. 2. sine.*

## DVBIUM XIX.

*An filij spurij capaces sint recipiendi aliquid à patre via testamenti, vel donationis, vel ab intestato ultra alimenta, nam de alimentis certum est posse ea capere.*

3 **Duplex est sententia.** Prima distinguit inter spurios filios secularium

secularium, & filios Clericorum, vel Religiosorum: & dicit filios Clericorum, vel Religiosorum esse omnino incapaces recipiendi aliquid ex bonis paternis ultra alimenta, siue ex testamento, siue ab intestato, siue per donationem inter viuos, quia id expresse prohibetur in *Lectia in ciuitate Sorie*, quæ est l. 6. *tit. 8. lib. 5. nouæ recopil.* Quare si pater eis aliquid relinquat, vel donet in testamento, donatio est nulla, & tenentur tales spurij id restituere. At spurios secularium filios non posse quidquam recipere à patre ex testamento, bene tamen ex donatione inter viuos: & sic patrem secularium carentem descendentes legitimis posse donare citra culpam omnia bona sua spurio, & spurium ea retinere, donec in quibus tantum decernitur, ne succedant patri ex testamento, & cum sint leges pœnales, non sunt extendendæ ad donationem. Hanc tenent Soto lib. 4. *de inst. q. 5. art. 1. ad 4. & 4. dist. 4. 1. quest. unica, art. 4. Ledeima 2. 4. q. 1. art. 1. dub. 16. ad 3.* Iosephus Angles floribus *quest. theolog. 2. p. q. de dominio, fol. 140.*

2 **Hinc inferunt Sotus, & Ledesma,** quòd si pater secularis aliquid fidei amici concedat, quod det filio suo spurio, tenetur amicus dare, nisi timeat, quòd re postea comperat ab eo sileus exiget; & spurius potest id recipere, quia hoc nulla lege prohibetur.

3 **Secunda sententia docet omnem spurium esse incapacem recipiendi bona paterna, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex donatione inter viuos, & sic teneri restituere omnia sibi relicta, vel donata à patre.** Probatur, quia licet leges, quas Sotus allegat, solum loquuntur de successione ex testamento, at sunt alie leges, quas ipse non vidit, prohibentes patrem donare aliquid spurio, *l. si quis inuesti, C. de inuest. nupt. ibi, neque superstes donet, neque mortuus relinquit; & l. 1. c. de natur. liber. ibi, quidquid talibus liberis patris donauerit; & clarius l. 10. tit. 1. 3. part. 6.* Hanc sententiam docet Rojas *epitome success. cap. 20. num. 139.* vbi hæc inquit, omnis spurius tenetur in conscientia restituere relicta, vel donata à patre; & *num. 144. 145.* reprobat distinctionem Soti positam, & dicit esse erroneam, & falsissimam. Idem tenet Matienzo lib. 5. *ordinam. tit. 8. l. 6. gloss. 3. num. 3.* vbi dicit; non tantum filij Clericorum, sed quicumque spurij nec ex testamento, nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos aliquid à patre capere possunt; & *gloss. 5. num. 1. & 2.* hæc dicit, non tantum filius Clerici, sed quicumque spurius nequit ex testamento, nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos aliquid à patre capere, & si quid ei pater relinquat, veniet hæredi vero scripto: est nullum talem relinquat, venientibus ab intestato; & *gloss. 6. num. 1.* inquit, Si pater donet spurio, est nulla donatio; & *glossa 8. num. 5.* inquit, Tenetur spurius in conscientia relicta, vel donata à patre restituere. Et Couar. 4. *decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 8.* & Plaza *epitome delictor. lib. 1. cap. 41. num. 24.* vbi hi duo hæc verba dicunt; Spurius tenetur restituere in conscientia relicta, vel donata à patre, quia est omnino incapax; & Molina lib. 2. *de primog. cap. 11. num. 27.* vbi hæc dicit; Spurius est incapax succel-

sonis patris, siue ex donatione, siue ex vltima voluntate, siue ex quavis alia dispositione. Et Gregor. Lopez l. 10. *tit. 1. 3. pa. 16. vbi supra, & vbi supra donation; hæc dicit, Spurij sunt omnino incapaces respectu patris, & nec ex testamento, nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos aliquid à patre capere possunt, nec pater potest eis donare.* Et Raynus *conf. 69. vol. 3. num. 10.* vbi hæc dicit; Donatio facta spurio non tenet, quia est penitus incapax, & inhabilis recipiendi aliquid, siue per vltimam voluntatem, siue titulo donationis. Et Benedictus cap. *Raynuius, de testam. verbo, & vxorem nomine Adelastrum, decis. 5. num. 122. & 129.* & Callaneus in *consect. Burgundia, tit. de success. ab intestato, rub. 8. §. 3. num. 10.* qui refert Calcanem, vbi hi tres hæc dicunt; Spurius non potest capere ex bonis patris, nec inter viuos, nec in vltima voluntate, nec ex contractu lucratio, vel onero. Tello l. 10. *Taur. num. 7.* vbi hæc dicit, Pater non potest dare spurio, nec spurius recipere, nec per testamentum, nec per donationem, nec quouis alio modo. Decius *conf. 576. mon. 4. volum. 2.* & Capicius *dec. 2. cap. 181. mon. 3.* & Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 33.* vbi hi tres hæc dicunt; Pater nequit spurio dare ultra alimenta. Gabriel Paleotus lib. *de nobis & spuris, cap. 43. num. 6.* vbi hæc dicit, adeo spurij à paternis eiciuntur bonis, vt nullo modo possint ad eos peruenire. Et Dueñas *regula 366. num. 1.* vbi hæc dicit; Spurius nec inter viuos, nec in vltima voluntate potest aliquid capere de bonis patris; & *num. 4.* dicit spurios esse ipso iure incapaces. Bart. *l. fin. num. 3. ff. de his, quibus vt indig. & Pinellus l. 3. num. 21. C. de bonis mater. vbi ambo dicunt hæc, spurio nihil potest relinquere à patre; & idem Pinellus ibi num. 20.* & Bart. l. 1. *C. de delatoribus, lib. 1. c. 4. num. 6.* & Parez lib. 5. *ordin. tit. 2. l. 1. fol. 69. pag. 2.* dicunt spurium non esse indignum, sed incapacem. Et eodem modo vocat spurium incapacem Xuarez l. 1. *tit. 6. de las herencias, qui incipit, todo home, num. 21.* Tandem pro hac sententia vult Bald. *l. eam, quam, C. de fideicom. & Palacios Rubios referens Franciscum, & Cynum rubr. de donat. §. 30. n. 14.* vbi inquit, si habens spurium donet aliquid alicui, qui postea donet spurio, qui incipit, *todo home, num. 21.* Tandem pro hac sententia vult Bald. *l. eam, quam, C. de fideicom. & Palacios Rubios referens Franciscum, & Cynum rubr. de donat. §. 30. n. 14.* vbi inquit, si habens spurium donet aliquid alicui, qui postea donet spurio, qui incipit, *todo home, num. 21.* Tandem pro hac sententia vult Bald. *l. eam, quam, C. de fideicom. & Palacios Rubios referens Franciscum, & Cynum rubr. de donat. §. 30. n. 14.* vbi inquit, si habens spurium donet aliquid alicui, qui postea donet spurio, qui incipit, *todo home, num. 21.* Tandem pro hac sententia vult Bald. *l. eam, quam, C. de fideicom. & Palacios Rubios referens Franciscum, & Cynum rubr. de donat. §. 30. n. 14.* vbi inquit, si habens spurium donet aliquid alicui, qui postea donet spurio, qui incipit, *todo home, num. 21.* Tandem pro hac sententia vult Bald. *l. eam, quam, C. de fideicom. & Palacios Rubios referens Franciscum, & Cynum rubr. de donat. §. 30. n. 14.* vbi inquit, si habens spurium donet aliquid alicui, qui postea donet spurio, qui incipit, *todo home, num. 21.*

3 **Prima conclusio.** Prior sententia est omnino improbabilis, & falsa, & decepti sunt auctores eius, eo quòd non viderunt leges expressas prohibentes donationem fieri à patre quicumque spurio. Probatur, quia leges sunt, & iuris periti plurimi, & grauissimi ita intelligentes. Secunda conclusio. Posterior sententia, ac certa tenenda est, & sic omnem spurium incapacem esse recipiendi aliquid à patre ex testamento, vel ab intestato, vel ex donatione, & quidquid receperit teneri restituere. Quòd si quis obiderit esse legem pœnalem, & sic non obligare ante iudicis sententiam. Responderit optimè Couar. *vbi supra, ex doctrina Caietan. 2. 2. q. 62. art. 3.* quòd pœna non

non obligat ante iudicis sententiam, & executionem, quando pena eius est natura, vt aliquem actum iudicis exigat: sicut verò est de penis, quæ non exigunt actum iudicis, sed quibus quis incapax redditur alienus actus.

6 Hinc inferitur primò, non rectè sensisse Antonium Gomez l.9. *Taur. num. 14.* vbi dicit natum ex soluta, & coniugato posse ex testamento succedere patri. Sed deceptus est, cum enim sit spurius, vt pote natus ex parentibus, qui non poterant contrahere matrimonium, est omnino incapax, iuxta dicta. Sic Auendano l.9. *Taur. gloss. 2. m. 4. Azbedo l.5. recopilat. tit. 8. l. 7. m. 39.*

7 Secundò inferitur deceptum esse Menchacam lib. 3. *contron. illust. cap. 102. num. 22.* vbi dicit filium Clerici posse retinere donata sibi per patrem, quia licet sit incapax, & non acquirat dominium, at pater abdicauit se dominium per donationem, & sic habentur ea bona pro derelictis, & heredes non habent ius ad ea, quæ vitens donauit: & sic nullus habet potius ius, quam spurius, atque ideo potest retinere tanquam bona derelicta à vero domino. Sed longe à veritate aberrat, & contra omnes auctoritates citatas sentit, & eius ratio nullius est momenti; quia quod pater non potuerit dare spurio, nec in eum transfere dominium, non amittit dominium per talem donationem.

DVBIVM XX.

*An spurius incapax recipiendi aliquid à patre, sit capax recipiendi per fideicommissum, v. g. si pater bona sua fidei amici committat, vt dei spurio, an videlicet talis spurius ea bona possit ab amico recipere.*

1 **H**Ac in re certum est, quòd si ille amicus recepit bona illa absolute, & nulla ab eo exacta, nec præstita fide de restituendo spurio, licet fiduciam certam conceperit, quòd datur, vt det filio spurio, efficitur ille amicus verus dominus illorum bonorum, & sic potest ea retinere; quia est verus dominus, & absolute sunt sibi donata: & potest dare spurio, & spurius ea recipere; qui recipit à vero domino, & non à patre. Sic omnes Doctores citandi.

2 At difficultas est, quando pater dedit amico ea lege, vt daret spurio incapaci, & amicus fidem ei præstitit ita facturum, an talis amicus teneatur, saltem possit dare spurio, & spurius recipere.

Triplex est sententia.

3 Prima docet talem amicum, seu heredem tenere in conscientia seruare ius naturale, & dare ea bona spurio, & spurius licet retinere, donec condemnatur, licet spurius sit filius Clerici. Ratio, quia lex hoc prohibens est pœnalis, & sic non obligat ante iudicis sententiam. Ita Victoria in *summa*, mat. de matrim. mon. 2. 9. Ledelm. 2. 4. 7. 57. art. 4. in fine.

4 Secunda sententia docet, talem heredem non posse ea bona retinere, nec dare spurio, nec si det spurio transfere dominium, sed teneri dicti heredem ea bona restituere. Probatur primò, quia hic titulus hereditarius ab initio est iniustus, prædionemque constituit heredem, l. *prædionis*, ff. de peris. hered. ergo. Secundò probatur, hic heres non habet alium titulum ad retinendum hæc bona, nisi patris spurij voluntatem, sed ille pater noluit illi da-

re, nisi vt daret spurio: ergo non potest hæres sibi retinere, & per consequens nec spurius capere, quia capiet à patre. Hanc sententiam tenent Bart. l. *fin. num. 9. fide his, quibus vt indig.* Segura *Leoharedis*, cum plura, ff. de vulg. & pupil. substitut. n. 124. Ludou. de Sardis *tratt. de natura liberorum*, fol. vltim. vers. 1. 2. *volunt. Carpola cautela 38. vers. Vndecima cautela*, Gregor. Lopez l. 1. 3. tit. 7. part. 6. vers. *compleisse*, Alcozet lib. de iudo cap. 31. Tabien. verbo *filius num. 2.* Roela *ibi num. 6.* Perez lib. 8. *ordinam. tit. 1. §. 1. 2. fol. 307.* Menchaca lib. 3. *contron. illust. cap. 102. num. 23. 24.* Iosephus Angles *scribus*, quasi. theol. 2. p. mat. de dominio, fol. 140. Rojas *epitome succ. cap. 20. num. 151. 152. 153.* Socinius *volum. 4. consil. 84. num. 1. & 2.* Ioannes Molina in *differ. inter forum conscientia, & contentiosum*, differ. 25. Ledelm. 2. 4. 7. 57. art. 1. dub. 1. 6. ad 3. *Sotus lib. 4. de inst. 7. 5. art. 1. ad 4. & 4. distin. 41. q. unica, art. 4.* Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 28.* Gomez Arias l. 7. *Taur. num. 77. 78.* Bernardus Diaz *pract. crim. cap. 58.* Salzedo in 2. *editione, super præctica Bernardi Diaz cap. 64.*

Circa hanc sententiam notant aliqua aliqui Doctores illius.

Primò si post fidem præstitam ab heredem de restituendo spurio patre liberè remitteret talem fidem heredem, vt hæres ex bonis illius faceret ad libitum, & de hac remissione ei constaret, posset in conscientia hæres sibi retinere, vel dare spurio, & spurius recipere. Sic Perez *ibi supra.*

Secundò notant, si hæres vniuersaliter institutus tantum accommodauit fidem de restituendo aliqua re, vel parte hereditatis, tantum illa est restituenda. l. *heres*, qui tacitam, ff. de his quibus vt indig. Sic Anton. Gomez *dicta l. 9. mon. 22.* alios referens.

Tertiò notant, si pater instituit aliquem capax heredem, & eum rogauit pater restituere spurio, & talis heres nullam accommodauit fidem; tunc non tenetur ad aliquam restitutionem, non enim deliquit, l. 1. §. si quis, ff. de iure fisci. Sic Ant. Gomez *lib. 2. 21.* Matienzo *lib. 5. ordin. tit. 3. l. 6. gloss. 5. m. 4.*

Tandem notant: si testator fecit duo, vel plura testamenta, & tantum in primo hæres accommodauit tacitam fidem, illa hereditas non debet manere apud eum; quia licet primum testamentum fuerit reuocatum per secundum: at censetur manere primum quoad fideicommissum, & permanere testatorem in ea voluntate. l. *cum tacitum*, ff. de probat. quem textum ad id commendat *ibi*, & Bald. & communiter Doctores. Sic Anton. Gomez *ibidem. n. 21. in fine.*

Tertia sententia docet, quòd talis heres potest ea bona sibi retinere, nec tenetur ea restituere, & posse dare spurio, & spurium ea recipere, & retinere, data sibi ab illo heredem. Hæc sententia habet tres partes probandas. Prima est hic hæres, qui à patre grauatus est, vt spurio restituere, efficitur verus dominus illius hereditatis. Secunda pars est, non tenetur hereditatem illam restituere. Tertia est, potest dare spurio, & spurius recipere. Probatur prima pars, quia ille est verus hæres, & verè restitutus: nec obstat, quòd grauatus est restituere spurio; quia hæres grauatus restituere alicui efficitur verus, & directus dominus illius hereditatis licet teneatur ad implendum grauamen, vt tradit Iason, quem refert, ac sequitur Anton. Gomez *lib. 1.*

lib. 1. *var. cap. 5. num. 1. in fine.* Quod amplius probatur, quia dictio *accommodo*, vel *vt*, quando adicitur actui imperfecto, vt dabo, vel instituum te dummodo, facit donationem, vel institutionem conditionalem: at quando adicitur actui perfecto, vt do tibi, vel instituo te, dummodo restitutus, vel hoc pacto, vt restitutus, facit donationem, vel institutionem modalem, vt optime docent Francus, Paulus, & Dominicus *cap. non potest*, §. *illud de prob. in 6.* Bertrandus *confil. 201. num. 5. lib. 1.* Ruynus *confil. 43. lib. 2.* Tiraquel. de *retractu lignagiorum*, §. 8. *gloss. 8.* Molina *lib. 2. de primog. cap. 1. §. num. 2. 9.* Ergo cum hic adicitur actui perfecto, qui est, *instituo te heredem*, vel *do tibi hæc bona*, vt *des filio meo spurio*; facit institutionem hanc, seu dationem modalem, & non conditionalem: at hoc distat inter donationem, seu institutionem modalem, & conditionalem, quòd conditionalis suspendit effectum, & sic non transfert dominium vique ad euentum conditionis: at modalis non suspendit, sed statim transfertur dominium, nec dereditur ipso iure propter non implentum modi, seu grauaminis, sed tenetur institutus, seu donatarius implere modum, seu grauamen, & ad id potest cogi, vt patet l. 1. 2. & *fin. C. de donat. sub modo*, & docent optime Syluest. verbo, *donatio*, i. in principio, Metina C. de *restitut. q. 24. vers. quod heredem*, Nauar. *cap. quando*, Lat. cap. 21. num. 28. Bart. *lib. 2. de iudic. §. Terminatus*, ff. de condit. & demonstr. Rebuff. de *verb. signif. l. 1. §. 6. cum verbo, & §. vltima.* Et hinc est, quòd si aliquis fuit receptus in ciuem, dummodo aliquid soluat, si non soluerit, non amittit ciuilitatem, sed cogetur ad id solvendum, vt optime tradit Baldus *cap. dudum*, l. 2. de *elect. num. 6.* & Molina *ibi supra*, num. 28. Hinc etiam est, quòd si Papa consecrat alicui plura beneficia, dummodo in altero ponat substitutum, licet non ponat, valet collatio: vt optime glossa plures referens *dist. cap. non potest*, vers. *retinere.* Quorum omnium ratio est, quia est collatio non conditionalis, sed modalis: ergo cum in nostro casu institutio hæc heredis grauati restituere spurio sit modalis, transfereatur dominium hereditatis in illum; & sic erit verus hæres, & verus dominus illius hereditatis: & sic manet probata prima pars. Probatur secunda, scilicet, quòd hic hæres nulli teneatur restituere illam hereditatem, quia vel tenetur illam restituere spurio, vel heredibus ab intestato, vel fisco. Quòd non spurio, probatur, quia illa promissio fuit facta contra legem, & in fraudem legis prohibentis aliquid dari spurio: at promissio contra leges præstita non obligat, l. *iuris gentium*, §. *Prætor ait*, ff. de pactis; & tradit *ibi* optime Fortunius Garcia *num. 10.* & patet etiam ex §. *generaliter*, ead. l. Quòd non tenetur restituere heredibus ab intestato, probatur, quia heredes ab intestato succedunt, quando institutio fuit nulla; quia reputatur obisse tunc intestatus, vt quando instituitur incapax; at in hoc casu institutio heredis fuit valida, cum hæres fuerit capax: ergo non reputatur obisse intestatus, nec per consequens succedunt heredes ab intestato. Quòd autem non teneatur restituere fisco, probatur, quia verus hæres est, & in pœnam leges deserunt hanc hereditatem fisco, l. 1. *C. de his, quib. vt indig. l. ita fidei*, & *l. non intelligitur*, ff. de iure fisci. at pœna non obligat ante iudicis sententiam: ergo hic hæres nulli tenetur restituere. Probatur tertia pars, scilicet, quòd possit dare spurio, T. Sanchez *Confil. moral. Tom. 11.*

& spurius recipere, & retinere; quia cum hic hæres sit verus dominus illius hereditatis, & possit eam sibi retinere, si det spurio, non recipiet spurio à parente, nec ex voluntate efficaci ipsius, sed ab heredem, qui est verus dominus, & ex voluntate libera ipsius scientis minimè obligare ad dandum spurio: ergo. Hanc sententiam tenent Couar. 4. *decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 8. & 9.* Matienzo *lib. 5. ordin. tit. 8. l. 6. gloss. 8. num. 6. 7. 8. 9.* Salzedus *in addit. ad Bernard. Diaz pract. crim. cap. 58.* Perez *lib. 1. ordinam. tit. 3. l. 2. fol. 103. & lib. 5. tit. 2. l. 1. fol. 70.* Plaza *epitome delicti. cap. 41. num. 2. 5.* Eiusdem sententia esse videtur Iulius Clarus *lib. 3. receper. sentent. & testamentum. q. 31. vers. quid si pater vbi dicit*, quòd si pater spurium heredem instituit, institutio est nulla, & succedunt heredes ab intestato; quia spurius est incapax: at quando instituit heredem extraneum, qui promittit restituere spurio, auferet fisco ab illo tanquam ab indigno, quia talis heres est capax. Ecce quàm clarè tenet non teneri restituere, antequam fisco ab eo auferat.

Sit prima conclusio. Prima sententia ac omnino improbabilis recitanda est, vt patet ex dictis *hic*, & *dubio præced.* vbi diximus spurium esse incapax recipiendi aliquid à patre per se, vel per mediam personam, est inquam, improbabilis in quantum dicit teneri heredem dare illa bona spurio.

Secunda conclusio. Secunda, & tertia sententia sunt valde probabiles; & tertia videtur mihi probabilior. Probatur ex rationibus positis.

Tertia conclusio. Hic hæres, qui talem præstitit fidem de restituendo spurio, & pater, qui sub ea conditione dedit bona, vel instituit heredem, grauiter peccant; quia fraudem in re graui aduersus leges iniustissimas committunt prohibentes talem fidem præstari. Sic Matienzo, Couar. Ledelm. Perez in *lib. 8. loco citato*, & Sotus *ibi supra*. Immo Couar. & Perez dicit esse peccatum mortale, & Sotus, & Ledelm. dicunt, fortè esse mortale.

Tandem respondetur ad argumenta secundæ sententia. Ad primum respondet bene Couar. *dist. num. 9. in fine*, quòd in *dict. l. prædionis*, non appellatur prædo hic hæres, qui tacitam fidem dedit, sed dicitur habendum esse loco prædionis, quia scilicet fraudem fecit præstando tacitam fidem. Ad secundum respondetur hunc heredem non habere ius ad retinendum illam hereditatem ex sola defuncti voluntate, sed partem ex illa, in quantum constituto hunc heredem, transfuit in eum dominium, & partem ex legibus, in quantum, cum reprobent tale pactum, non permittunt illud impleri, nec parere obligationem.

DVBIVM XXI.

*An supposito heredem, qui fidem dedit de restituendo hereditate spurio, teneri eam restituere, cui tenetur restituere.*

Triplex est sententia.

1 Prima dicit teneri restituere fisco. Ratio, quia in fraudem fisci est accommodata fides, & hæc restitutio fit in pœnam delicti patris, & heredis. Ita tenent Bart. l. *fin. num. 9. ff. de his quibus vt indig.* Bern. Diaz *pract. crim. cap. 58.* Segura *Leoharedis*, §. *num. filius*, ff. de vulg. & pupil. num. 124. Tabien. verbo *ius*, num. 2. Roela *ibi num. 6.* Gregor. Lopez l. 3. tit. 7. part. 6. vers. *compleisse.*

2 Secunda sententia sic distinguit; aut pater instituit heredem sub tacito fideicommissio restituendi spurio, & tunc restituendum est fisco: aut tali spurio palam reliquit, & tunc restituendum est vero heredi scripto, si alius est relictus; sin minus, heredibus ab intestato. Sic Gomez Arias l. 7. *Taur. num. 78. 7. 9.* Anton. Gomez l. 9. *num. 2. 1.* Perez lib. 1. *ordinam. tit. 3. l. 2.* Rojas epitome success. cap. 2. *num. 1. 5. 1. 60.*

3 Tertia sententia dicit restituendum esse veris heredibus, nempe si sit alius verus heres scriptus, illi, sin minus, heredibus ab intestato. Probat, quia quoddam restituitur fisco, est lex pœnalis, scilicet in pœnam delicti paterni, & fidei præstitæ, & sic non obligat ante iudicis sententiam: cum autem institutio iusta nulla sit, censetur ac si non esset facta, & sic succedunt in illis bonis heredes, qui successuri erant, si non esset facta. Sic Perez lib. 8. *ordinam. tit. 1. 5. l. 2. fol. 30. 5. 307.* Ioannes Molina in different. inter foram. cons. & contem. differ. 2. 5. *Sotus 4. dist. 4. 1. q. 1. 1. 1. Ledefm. 2. 4. q. 1. 8. art. 1. dub. 1. 6. ad 3. §. sed oppositam sententiam, sub finem. Capola cautela 38. vers. undecima cautela. Ludouicus de Sardinis præf. de natura liberorum, fol. ultim. vers. 1. 2. volum. 9.* Et hæc sententia est multo probabilior, quam prima, & secunda.

4 Nota, quod si non sint aliqui heredes ab intestato, sunt restituenda ea bona pauperibus, vel aliis vrbis publicis. Sic Perez, & Sotus ibidem. Et pro hoc intelligendi sunt Sotus lib. 4. de iust. q. 5. *art. 1. fine.* & Ledefm. *ubi supra, §. secundo dicit;* vbi dicunt dicta bona eroganda esse in pauperes, nisi timeretur id ad fidei notitiam peruenire: sunt enim intelligendi (vt ipsi locis citatis se explicant) quomodo defuncti heredes ab intestato.

DVBIVM XXII.

An lata sententia per iudicem, vt restituantur hæc bona, que pater heredi reliquit sub fideicommissio, vt daret spurio, sint restituenda fisco Ecclesiastico, vel seculari.

1 Sit conclusio. Lata sententia, si heres, qui præstitit fidem, sit Clericus, hereditas applicabitur fisco Ecclesiæ; si vero sit laicus, fisco laicali: & hoc nulla facta differentia, an testator pater sit laicus, vel clericus. Ratio, quia cum hæc pœna imponatur a iure propter delictum heredis præstantis fidem, merito applicatur fisco suæ iurisdictionis. Sic Anton. Gomez l. 9. *Taur. n. 29.* Ledefm. 2. 4. q. 1. 8. *art. 1. dub. 1. 6.* Bernard. Diaz præf. crimin. c. 5. 8. *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 5. n. 10.* Perez lib. 1. *ordinam. tit. 3. l. 2. 2.* Bald. *si quis, C. de Episc. & Cler. Paulus de Castro ibi, Callaneus in consuetud. Burgundis rub. 8. §. 5. n. 4.* Felin. *cap. quia, de iudic. Segura l. 3. §. ultimo, num. 1. 4. §. de liber. & posthum.*

DVBIVM XXIII.

An heres, qui tacitam præstitit fidem de restituendis bonis spurio, vocatus à iudice, & rogatus, an præstitit fidem, teneatur respondere, vel possit citra mendacium occultare veritatem.

1 Duplex est sententia. Prima dicit teneri absolute fateri verita-

tem; quia eam occultare cedit in damnum fisci, cui applicanda est hereditas. Sic Cardin. *consil. 3. 5.* Barr. *l. fin. num. 1. o. ff. de his, quibus, vt indign. Felin. cap. intimauit, de testibus; Nauarr. cap. inter verba, corol. 6. §. num. 8. o. 2. vers. lo septimo, iuncto num. 8. o. 7. vers. al. septimo.*

2 Secunda sententia dicit non teneri respondere, nisi præcedente infamia; quia cum hæc agatur de pœna soluenda, nam restituere fisco illa bona est in pœnam fidei præstitæ, non rogauit iudex iudicere, nisi præcedat infamia contra eum, qui fidem præstitit. Hanc docet Couar. 4. *decret. 2. p. c. 8. §. 5. num. 1. o.* & est verior. Sed de hoc latè dixi lib. 3. *summa, cap. 6.* pluribus Doctoribus ibi citatis.

DVBIVM XXIV.

An spurius possit per substitutionem vulgarem, vel fideicommissariam, vel pupillarem aliquid ex paternis bonis capere.

1 Nota ex Syluest. *hereditas, 4. q. 3.* quod substitutio vulgaris dicitur, que à quolibet testatore de vulgo heredi potest, & cuiuslibet de populo, *Instit. de vulg. subst. vt, instituo heredem Petrum, & si ipse noluerit, vel non potuerit hæres esse, substituo Ioannem.* Et est duplex, quedam expressa, que fit per hæc negationem, non, vt in exemplo posito: alia vero tacita, quando scilicet negatio non exprimitur, sed includitur, vt, Petrum, & Ioannem heredes instituo, & eos inuicem substituo: intelligitur enim quod altero nolente, vel non potente esse heredem, alter sit in solidum. Alia est substitutio pupillaris, que fit soli pupillo, vt, instituo filium meum heredem, & si intra ætatem pupillarem decesserit, substituo Petrum. Substitutio fideicommissaria dicitur (vt notat Syluest. *ibi q. 1.*) quando quis instituit heredem, & petit ab eo, vt restituat alteri.

His positis statuam conclusiones. Sit Prima conclusio: Spurius non potest substitui à patre vulgari. Ratio, quia per substitutionem vulgarem testatori succeditur immediate: at spurius est incapax succedendi testatori, vt patet ex supradictis. Maior patet *Instit. de vulg. in principio.* Hanc tenent Matienzo lib. 5. *ordin. tit. 8. l. 6. glof. 3. num. 5.* Rojas epitome success. cap. 2. *num. 48.* Syluest. *verbo filij, q. 4.* Tabien. *num. 3.* Rosella *num. 5.* Menchaca lib. 3. *controu. illustrat. cap. 1. o. 2. num. 9.* Molina lib. 2. *de primog. cap. 1. 1. num. 28.* Barr. *l. si is, qui ff. de vulg. num. 1. & 2.* Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 20.* Couar. 4. *decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 4.* Benedictus cap. Raynuius, de testam. *verbo, & uxorem nomine Adelsiam, decif. 5. num. 1. 28.* Plaza epitome delict. lib. 1. *cap. 4. 1. num. 1. 3.* Duënas regula 366. *num. 1. 2.* Speculator *tit. de success. sub intestato, §. 1. n. 28.* Perez lib. 5. *ordinam. tit. 3. l. 2. 2. fol. 1. 5. 3. vers. ex quo meritis, glof. Auth. quibus modis natur. eff. sui, §. finali, vers. participium, collat. 7.* Vermondus relatus à Duënas *ubi supra.*

2 Secunda conclusio. Spurius non potest substitui à patre fideicommissaria substitutione. Probat, quia per hæc succeditur testatori mediante persona instituti heredis. *l. coheredi, §. cum filio, ff. de vulg. & pupil.* Sic Matienzo, Anton. Gomez, Molina, Couar. Duënas, Perez, Menchaca, Benedictus, Plaza, *ubi supra.*

3 Quod si obiciatur, quod hæc conclusio videtur contraria

contraria his, que supra dub. 20. *num. 8.* dixi, scilicet heredem institutum sub fideicommissio de dando spurio bona paterna, posse ei dare, & spurium posse ea recipere; sed hæc est substitutio fideicommissaria; ergo. Respondetur non esse contrariam hæc conclusioem illi doctrinæ; quia ibi non diximus illud fideicommissum valere, sed est inualidum: & sic spurius non habet ius ad id petendum, nec hæres grauatius tenetur ei dare; & sic substitutio illa fideicommissaria est irrita: at potest hæres grauatius sua sponte tanquam verus dominus dare spurio, & spurius recipere.

5 Tertia conclusio. Si pater instituat spurium, & eum per fideicommissum grauet, & restituat hereditatem alteri, adhuc institutio illa spurij est nulla. Ratio, quia hæres sic grauatius redditur verus dominus illius hereditatis, vt dixi *ubi supra* eodem dub. 20. *§. num. 8.* & habet quartam Trebellianicam deducendam ex illa hereditate: vt est videre apud Syluest. *hereditas, 4. q. 2. fine.* Hanc tenent Matienzo plures referens *ubi supra num. 8.* Xarez *allegat. 27. num. 22.* Rojas *ubi supra num. 50. glof. 1. eam, quam C. fideicommiss. Padilla dicta l. eam, quam, num. 1. 2. 1.* Peralta *l. heredem, num. 90. ff. de legat. 2.* Gregor. Lopez *l. 1. 9. tit. 3. part. 6. verbo heredar.*

6 Nota tamen, quod licet talis institutio spurij sit nulla, at valebit fideicommissum: & similiter si pater instituat spurium heredem, & ei vulgari testator aliquid, licet institutio sit nulla, at substitutus admittetur per vulgarem substitutionem, fisco, & heredibus ab intestato exclusis. Sic Matienzo *ibi n. 8.* plures referens.

7 Quarta conclusio. Spurius potest à patre pupillariter substitui filio legitimo. Ratio, quia per hæc substitutionem, non patri, sed fratri impuberi succeditur: pater enim facit testamentum nomine filij legitimi impuberis. *l. si is, qui ex bonis, ff. de vulg. & pupil.* Sic Syluest. Tabien. Rosel. Duënas, Couar. Anton. Gomez, Vermondus, Barr. Speculator, Plaza, Matienzo, Menchaca, Benedictus *ubi supra.* Bald. *l. eam, quam, C. de fideicommiss. n. 53.* Pinellus *l. 3. C. de bonis mater. num. 21. glof. Auth. quibus mod. natur. eff. sui, §. finali, vers. participium, collat. 7.* Iafon, Paulus, & Alex. *dicta l. si is, qui ex bonis, Acosta cap. si pater, de testam. 2. p. §. bona omnia, num. 7.* Salicetus *l. 1. C. de natur. liber. Rojas ubi supra num. 50.*

8 Nota primò conclusionem hæc esse certam, si loquuntur de bonis, que aliunde habuit pupillus, quam à patre; in his enim potest spurius pupillariter substitui, cum non succedatur patri, nec in bonis eius, sed pupillo in eius bonis. At si loquamur de bonis, que pupillo à patre prouenerunt, est grauis difficultas, de qua dubio sequens erit sermo.

9 Secundo nota conclusionem esse certam stando in iure communi: at iure regio dicit Anton. Gomez *ubi supra* esse certam, & sic non posse spurium iure regio pupillariter substitui; quia iure regio spurius non potest succedere conflaguineis patris, *l. 6. tit. 8. lib. 5, non recipitur.* nempe cum pupillus sit patris conflaguineus, quare eius filius, nequit ei spurius succedere. Sed hoc verum est de spurio Clerici filio, is enim nequit iure regio pupillariter substitui, propter rationem dictam: at in aliis spuris deceptus est Antonius Gomez, nam illa lex 6. prohibens spurios succedere conflaguineis patris, non loquitur de omnibus spuris, sed de filiis Clericorum: & cum

fit pœnalis, ad alios spurios extendenda non est. Sic Matienzo *ubi supra n. 7.* Acosta *ubi supra n. 5.* & quod filij Clericorum non possint pupillariter substitui iure regio, docet etiam Perez *ubi supra.*

Tandem nota, quod in pupillari substitutione, in qua spurius pupillariter substituitur, non continetur tacita vulgaris, & idèd pupillo repudiante paternam hereditatem, spurius non succedit in bonis paternis ex vi vulgaris tacitæ; quia, vt dixi, per vulgarem patri succeditur. Sic plures referens Matienzo *ubi supra num. 6.* Anton. Gomez *ubi supra.* Iafon *supra num. 9.*

DVBIVM XXV.

An spurius pupillariter substitutus possit succedere in bonis, que pupillo à patre prouenerunt.

1 Quid succedere possit in bonis, que aliunde pupillo prouenerunt, certum est, vt dixi *dub. præced.* nunc vero circa bona, que à patre prouenerunt, versatur difficultas.

Duplex est sententia.

1 Prima docet, non posse succedere in bonis, quæ pupillo à patre prouenerunt. Ratio, quia spurius est incapax succedendi in bonis paternis, maxime cum ea bona iudicio patris sit habiturus. Item probatur ex *l. si is, qui ex bonis, ff. de vulg. & pupil.* substit. *ibi, et ex bonis, que testatoris fuerunt, amplius capere non possit: quod si pupillo aliquid præterea decessum esset, non impediri eum capere, quasi à pupillo capiat.* Hæc *ibi.* Hanc sententiam tenent Barr. *dicta l. si is, qui ex bonis, num. 1. 2.* Iafon *ibi num. 1. & 8.* Paulus, & Alex. *ibi.* Matienzo lib. 5. *ordinam. tit. 8. l. 6. glof. 3. num. 5.* Baldus *l. eam, quam, num. 5. 3. C. de fideicommiss. Menchaca lib. 3. controu. illustrat. cap. 10. 2. n. 9.* Anton. Gomez l. 9. *Taur. num. 20.* Couar. 4. *decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 4.* Benedictus cap. Raynuius, *de testam. verbo, & uxorem nomine Adelsiam, decif. 5. num. 1. 28.* Plaza epitome delict. lib. 1. *cap. 4. 1. num. 1. 3.* Duënas reg. 366. *ampli. 2. 2.* & referet Vermondum Speculator *tit. de success. ab intestato, §. 1. n. 28.* Perez lib. 5. *ordinam. tit. 3. l. 2. 2. fol. 1. 5. 3. vers. ex quo merito.*

2 Secunda sententia docet posse spurium ex pupillari substitutione succedere, non solum in propriis pupilli facultatibus, que aliunde, quam à patre illi obuenerunt, sed etiam in legitima, quæ ex patre pupillo obuenerit. Probat, quia bonis propriis pupilli annumerari debet legitima, quam capiat à patre, non ex voluntate sua, sed ex legis necessitate; vt colligitur ex textu cum glof. *verbo, necessario, Auth. de hered. & fideic. si quis vero non implet, collat. 1. & ex l. coheredi, §. quod si heredem, vers. nec fideicommissio, ff. de vulg. ubi textus dicit proprias filij facultates fideicommissio non tenent: ex quo textu veteres, & immiores interpretes colligunt partem, que ex lege filio debetur, fideicommissio non tenenti, quæ ea pars censenda sit inter proprias filij facultates. Item ex *l. unum ex familiis, §. si de fideicidias, ff. de legat. 2.* vbi sic dicitur: *Quid est, quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit, omnimodo reddere debuit.* Tandem probatur, quia hæc substitutio pupillaris in bonis, que filio à patre prouenerunt, fortitur effectum post obitum patris: at post obitum patris illa bona sunt omnino filij; ergo spurius succedens in illis non succedit in bonis patris, sed in*



bonis filij pupilli. Nec obstat, quod succederent in illis ex dispositione patris; quia pater non disponit, nec testatur nomine proprio, sed nomine huius: & ita potius succedit spurio ille fratri pupillo. Hanc tenet Acoſta cap. si pater, de testam. 2. p. §. bona omnia, a num. 7. vsque ad 13.

4 Et notat Acoſta n. 1. quod si pater meliorasset filium impuberem in tertio bonorum, & substituit spurium pupillariter, posset spurius succedere in illo tertio, licet ille impubes habeat alios fratres legitimos; quia licet pater habeat facultatem meliorandi unum ex filiis, vel nepotibus in tertio: at omnia bona patris, etiam tertium, deducto quinto, sunt legitima filiorum. d. 9. tit. 5. lib. 3. fori l. 17. 1. 8. 19. 20. Tauri.

5 Tandem respondet Acoſta num. 7. ad l. si is, qui ex bonis, quod eo tempore verum continebat, eo quod tunc legitima liberorum non numerabatur inter proprias filiorum facultates, & ideo poterant filij grauati in legitima: at cum hodie numerentur inter proprias filij facultates, secus sententiam est.

6 Sic conclusio: Prior sententia est communior, & probabilior: at hæc posterior est satis probabilis, & tunc amplecti potest.

DVBIVM XXVI.

An si pater precipiat in testamento bona sua distribuere inter pauperes, vel conuictos, possit exequutor testamentarius eligere filium spurium testatoris pauperem, ac illi conferre aliquid de illis bonis paternis ultra alimenta.

1 Sic conclusio. Talis exequutor non potest aliquid de illis bonis ultra alimenta, ad quæ nebar pater, conferre illi spurio filio testatoris. Ratio, quia cum exequutor non sit dominus illorum bonorum, sed pater, & exequutori tantum committatur illorum distributio, non censetur conferre exequutor, sed pater: vt expresse habetur l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. 2. ar spurius est incapax recipiendi aliquid à patre ultra alimenta. Conclusio est certissima: eam tenet Peralta d. l. vnum ex familia, n. 28. Padilla ibi, §. si de falcidia, n. 2. Capola casuela 38. Acoſta cap. si pater, de testam. 2. p. §. bona omnia, num. 12. Paulus de Castro, Iason, Alexand. l. si is, qui ex bonis, ff. de vulg. & pupil. Bartol. fin. non. 7. ff. de his, quibus vt indig. Bald. lab eos, C. de fidei. Bertachinus, Ioan. Gualdenſis, Corneus, Vermondus, quos refert, & sequitur Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 5. num. 2. Plaza epitome delict. lib. 1. cap. 41. num. 17. Rojas epitome success. cap. 20. non. 77. Xuarez l. 1. tit. 6. de las herencias, qui incipit, todo bono, lib. 3. fori, num. 21. Gabr. Paleotus lib. de nobis & spuris, cap. 44. num. 2. Gregorius Lopez l. 1. 3. versen poridad, tit. 7. part. 6. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 3. Benedictus cap. Raynuius de testam. verbo, & uxorem nomine Adelastam, decis. 5. num. 122. 127. Boerius decis. 127. num. 14. 5. Duenas alios referens regula 366. ampliat. 6. Palacios Rubios l. 9. Taur. man. 16. & cap. per vestras, de donat. notab. 3. §. 24. num. 1. Mantica de coniecl. ultim. volum. lib. 8. tit. 5. n. 1. 2. 3. & est communis sententia.

DVBIVM XXVII.

An exequutor testamentarius, cui commissum est aliqua bona inter pauperes distribuere, possit ex eis aliqua conferre filio suo spurio pauperi.

1 Sic conclusio. Talis exequutor potest conferre illis bonis filio suo spurio. Probatur, quia licet pater ex suis bonis nil largiri possit filio suo spurio, at ex bonis testatoris potest; quia non censetur ipse dare, sed is, qui cum fecit exequutorem, l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. 2. vbi Padilla hanc tenet, n. 3. & Peralta ibi num. 27. Iason, Alexand. Paulus de Castro l. si is, qui ex bonis, ff. de vulg. Acoſta cap. si pater, de testam. 2. p. §. bona omnia, num. 12. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 7. glossa 5. num. 5. Syluest. verbo filij, q. 4. ditto 2. Rosel. ibi non. 8. Ioannes Barahona in addit. ad Palacios Rubios cap. per vestras, notab. 3. §. 24. litera B. Mantica de coniecl. ultim. volum. lib. 8. titul. 5. num. 12.

2 Hinc inferitur obligatum ad restituendum pauperibus aliqua bona incerta iniuste acquisita, vel etiam inuenta, iuxta probabilem opinionem posse dare filio suo spurio pauperi, quia non dat de bonis suis, nec nomine suo, sed nomine domini incerti.

DVBIVM XXVIII.

An possit pater filium spurium heredem instituire sub conditione, si à Principe fuerit legitimatus, & quem effectum habeat talis institutio.

1 Et videtur non posse sic institui; quia in heredum institutionibus conditionalibus, oportet heredem capacem esse tempore testamenti, mortis, & aditionis hereditatis; vt habetur l. si alienum, §. in extraneis, ff. de hered. instit. l. in tempus, ff. de hered. instit. l. si cur, & ibi glossa in principio, ff. quib. mod. usufruct. amit. Nec obstat dicta l. si alienum, quia loquitur in conditione extrinseca: secus in conditione intrinseca, & que à iure intelligitur, qualis est hæc, cum erit capax hæres. Hanc tenent Bald. Aretin. & Alexand. l. Gallus, §. institutus, ff. de liber. & posthum. Iason, Lancelotus, Decius, Gualdenſis, Cotta, quos refert, & sequitur Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 12. Duenas, plures referens reg. 366. limit. 1. Anton. Gomez l. 9. Taur. man. 18. Palacios Rubios rubr. de donat. §. 29. num. 4. Montalbus lib. 3. fori, tit. 5. lib. 10. versen adulterio, Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 6. gloss. 8. num. 19. Perez l. 2. tit. 3. lib. 1. ordinam. fol. 100. Acoſta l. Gallus, §. & quid si tantum, 2. part. num. 172. ff. de liber. & posthum. & lib. 1. fidei. cap. 8. num. 14. Molina lib. 2. de primogenit. cap. 7. num. 40. 41. Gabriel, & Paleotus lib. de nobis, & spuris, cap. 45. n. 2. 3. Anton. Gabriel 2. tomo commun. opin. lib. 17. fol. 313. pag. 2. Iulius Clarus lib. 3. recept. sentent. §. restamentum,

2 Sic conclusio. Tutissimum est patri, vt spurium heredem instituat sub conditione, si à Principe fuerit legitimatus: & tunc sequuta legitimatione patris hereditatem absque animæ periculo obtinebit. Ratio, quia institui iure potest incapax in tempus, quo capere poterit. l. in tempus, ff. de hered. instit. l. si cur, & ibi glossa in principio, ff. quib. mod. usufruct. amit. Nec obstat dicta l. si alienum, quia loquitur in conditione extrinseca: secus in conditione intrinseca, & que à iure intelligitur, qualis est hæc, cum erit capax hæres. Hanc tenent Bald. Aretin. & Alexand. l. Gallus, §. institutus, ff. de liber. & posthum. Iason, Lancelotus, Decius, Gualdenſis, Cotta, quos refert, & sequitur Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 12. Duenas, plures referens reg. 366. limit. 1. Anton. Gomez l. 9. Taur. man. 18. Palacios Rubios rubr. de donat. §. 29. num. 4. Montalbus lib. 3. fori, tit. 5. lib. 10. versen adulterio, Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 6. gloss. 8. num. 19. Perez l. 2. tit. 3. lib. 1. ordinam. fol. 100. Acoſta l. Gallus, §. & quid si tantum, 2. part. num. 172. ff. de liber. & posthum. & lib. 1. fidei. cap. 8. num. 14. Molina lib. 2. de primogenit. cap. 7. num. 40. 41. Gabriel, & Paleotus lib. de nobis, & spuris, cap. 45. n. 2. 3. Anton. Gabriel 2. tomo commun. opin. lib. 17. fol. 313. pag. 2. Iulius Clarus lib. 3. recept. sentent. §. restamentum,

memum, q. 31. Menchaca lib. 5. controu. illustr. c. 102. num. 19. Gregor. Lopez l. 19. tit. 3. part. 6. vers. heredar, contra Baldum l. eam, quam, C. de fideicommiss. contrarium sententem.

DVBIVM XXIX.

An spurius institutus à patre sub conditione, si à Principe legitimeretur, possit interim, pendente conditione, bona paternam, in quibus est institutus, petere, & ea non vt dominus, sed vt curator administrare.

1 D Vplex est sententia. Prima dicit non posse petere, nec administrare. Ratio, quia esset fraudem facere Regi, quæ reddit spurium bonorum paternorum incapax. Sic Anton. Gomez l. 9. Taur. man. 19. alios referens, Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 6. gloss. 8. n. 20. Gregor. Lopez l. 19. vers. heredar, tit. 3. part. 6. Imola l. in tempus, ff. de hered. instit.

2 Secunda dicit posse interim petere, & ea administrare; vt curatorem: quod si postea non obtineat legitimationem, tenebitur reddere rationem vero, & legitimo hæredi. Et probatur ex l. si quis instituitur hæres in diem, ff. de hered. instit. Hanc tenet Baldus, & Angel. ibi. Couar. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 12. Palacios Rubios rubr. de donat. §. 29. num. 4. Duenas regula 366. limit. 1. Montalbus lib. 3. fori, tit. 5. l. 10. versen adulterio. Gabr. Paleotus lib. de nobis, & spuris, cap. 45. n. 2. 3. Iulius Clarus lib. 3. recept. sentent. §. restamentum, q. 31. Anton. Gabr. 2. tomo commun. opin. lib. 17. fol. 313. pag. 2. & hæc sententia est probabilior.

DVBIVM XXX.

An ex consensu filiorum legitimorum possit pater aliquid ultra alimenta relinquere filijs spuris.

1 Sic prima conclusio. Pater potest legare quicquid voluerit filiis naturalibus ex consensu legitimorum. Probatur, quia in fauorem legitimorum inductum est, quod pater nequeat ultra quantum relinquere filiis naturalibus: quod inde constat; quia non extantibus filiis legitimis, potest naturalibus omnia bona relinquere. Sic Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 5. num. 11. Aimon consil. 200. num. 5. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 9. gloss. 1. n. 7.

2 Nota hunc consensum filiorum legitimorum non fat esse tantum, sed necessario futurum esse expresse, vt notat Aimon, Matienzo, Couar. ibidem. Immo hic consensus præstandus est naturalibus liberis præsentibus. Aimon, & Couar. ibi.

3 Secunda conclusio. Pater non potest filiis spuris aliquid ultra quantum relinquere, licet legitimis consensum præstant in vita patris. Ratio, quia prohibitio relinquiendi aliquid spuris, non est in fauorem legitimorum. Quod inde constat, quia pater carens filiis legitimis, nequit spuris ultra quantum relinquere: sed hæc prohibitio facta est in odium delicti paterni. Sic Matienzo ibi, Tello alios referens l. 10. Taur. num. 8.

4 Vltima conclusio. Si consensus fuit præstitus à filiis legitimis post obitum patris, consensus iste operabitur, vt spuris consequatur illud à patre relictum. Ratio, quia post obitum patris effecta

sunt ea bona filiorum legitimorum: et ergo possunt ea dare fratribus spuris; quia non capiunt spurij ea à patre, sed à fratribus tanquam veris dominis: & non sunt prohibiti spurij succedere fratribus. Sic Tello, Matienzo ibi.

Nota conclusionem esse limitandam, nisi hi spurij sint filij Clericorum; quia hi non possunt succedere conſanguineis paternis, l. 6. tit. 8. lib. 5. noua recapit. & sic licet legitimi consentiant post patris obitum, & inſuffus hic non erit ſufficiens; vt filij Clericorum possunt aliquid capere ultra alimenta. Sic Matienzo ibi.

DVBIVM XXXI.

An pater possit relinquere quantum spuris ad alimenta, quando spurij aliunde habent alimenta, vel artificium norunt ex quo sine decore possunt victum querere.

1 D Vplex est sententia. Prima ait, quod quamuis spurius sit ditissimus, potest ei pater legare, vel donare quantum bonorum ad alimenta. Probatur, quia lex l. 10. Taur. quæ hodie est l. 8. tit. 8. lib. 5. noua recap. videtur absolute permittere patri dare quantum spurio ad alimenta. Item, quia mater potest dare quantum filio nato ex concubitu damnato, licet sit ditissimus sit, vt fatentur omnes; & supra dixi; sed non minus est incapax ille recipiendi aliquid à matre, iuxta l. 9. Tauri, quam hic à patre; argo. Hanc tenent Couar. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 6. num. 10. Gregor. Lopez l. 10. tit. 13. vers. heredar, part. 6. & pro hac sententia refertur à Couar. Aimon consil. 199. Sed minus bene (vt pulchre notat Tello ibi infra) quia Aimon, vt est videre ibi num. 10. tantum docet spurio, qui nullas habet facultates, licet possit ex artificio viuere, posse patrem relinquere alimenta, quia reputatur si filius inops; & in filio spurio, qui est diues, aperte tenet n. 11. contrarium.

Secunda sententia docet non esse capacem spurium recipiendi à patre, nec per viam donationis, nec testamenti, tale quantum, quando habet aliunde alimenta, vel officium personæ condignum, ex quo sine decore possit victum querere. Probatur, nam l. 10. Tauri non voluntarie patri permittit dispositionem quinti respectu superiorum: sed quando tenetur ipsos alere, sed spurium aliunde habentem alimenta, vel officium personæ condignum, ex quo possit victum querere, non tenetur pater alere, secundum omnes: ergo non potest tali spurio relinquere quantum. Item, quia pater omnino prohibetur spurio aliquid relinquere, at ius canonicum, cap. cum habere, de eo qui dicit in matrem, considerans esse de iure naturali alimenta præstati à patre, ne filius fame periret, correxit ius ciuile, præcipiens, vt alimenta det pater spurio; sed in hoc casu non est ius obligans patrem ad alimenta, & cessat ratio, quia filius non peribit fame, cum aliunde habeat alimenta: ergo in hoc casu standum est dispositioni iuris ciuilis, vt nihil possit à patre recipere talis spurius. Hanc tenent Tello l. 10. Taur. num. 6. & 7. Rojas epitome success. cap. 22. num. 3. Molina lib. 2. de primog. cap. 1. §. n. 54. Matienzo lib. 5. ordinam. tit. 8. l. 8. gloss. 1. num. 13. 14. Decius consil. 576, num. 2. 3. Bapista, l. si qua illustri, C. ad S. C. Orphic. n. 93. Calcanus, & Iacobus de Puteo relati per Tello. Pro eadem sententia